

www.e-rara.ch

Dignorum laude virorum, quos musa vetat mori, immortalitas, seu vitae theologorum, jure-consultorum, et politicorum, medicorum atque philosophorum, maximam partem Germanorum, nonnullam quoque ...

Adam, Melchior

Francofurti ad Moenum, 1705

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 862

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-11759>

[Paulus Fagius ad Victorius Strigelius.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

PAULUS FAGIUS.

Paulus Fagius, vernaculè Büchlein / patriam habuit *Tabernas Rhenanas*, oppidum Palatinatus non procul à Brettà, vulgò *Reinszabern*. Pater ei fuit *Petrus Buchlin*, dicti oppidi ludimoderator & grammateus: mater *Margaretha Hirnin* / Heidelbergensis, cujus parenti *Henrico Säger* / Fridericus Palatinus, propter virtutes bellicas, cognomen *Hirn* dedit. His parentibus, non ditissimis, natus est, anno Christi *millesimo quingentesimo quarto*, ipso tempore belli Bavarici.

Primis literarum fundamentis in patria scholà factis, cum annum ageret circiter *undecimum*, à patre, pro more illius seculi, instructus octo baciorum viatico, *Heidelbergam* ablegatur, ubi sub *Joanne Brentio* & *Maximo Frechto*, aliisque præceptoribus operam literis haud indiligentem dedit.

Adolescens jam factus annorum circiter *octodecim*, excolendi ulterius ingenii gratià, *Argentiniam* se contulit, ibique annos aliquot permansit, pædagogi manus obiens, quo inopiam sublevaret. Sub hoc tempus studium linguarum in Germania emergere cæperat & *Wolfgangus Capito*, quatuor linguarum peritus, jam *Institutionum Hebraicarum* libros duos, rarissimo ejus temporis exemplo, in lucem ediderat: Judæi etiam aliquot hinc inde vagabantur, & suam linguam alios utcumque docebant. Occasionem hanc Fagius arripiens, Hebraicæ linguæ studio se mancipavit ferè totum, atque in familiaritatem *Capitonis*, *Hedionis*, *Buceri*, *Zellii*, aliorumque Doctorum, qui Christi ibi Ecclesiam primi plantarunt, se feliciter insinuavit.

Anno deinde *millesimo quingentesimo vicesimo septimo*, jam literis & linguis mediocriter instructus, paupertate ipsa & hominum doctiorum maximo neglectu quasi coactus, *Isna*, quod *Algovie* oppidum est, ludimagistri, amicorum & fautorum suavis ac promotione, officium suscepit. In quo diligentia & virtutibus se omnibus approbans, uxorem duxit, libros procreavit, & patrem familiàs haud indiligentem egit. Inclarescens autem magis magisque, ex pistrino scholastico ad ministerium sacrum destinatur, & ut ad id se magis instruat, subsidia ei splendida suppetantur. Florebant tum temporis lingua Græca & Hebraica cum primis *Argentinae*, & permulti viri doctissimi, etiam exules, ibi degabant. Eam igitur eligens urbem, suo instituto præ multis aliis accommodam, studiosis aliquot rudimenta linguæ Hebraicæ magnâ felicitate tradidit. Neque destitit in studio Theologiæ atque declamationibus Theologicis se ita exercere, ut biennio ipsius progressibus præscripto jamque revoluto, melius ad suos, cum familiâ, redire posset, instructus atque ornatus.

Anno itaque *millesimo quingentesimo trigesimo septimo*, à senatu *Linensi* ad ministerium

pastorale suscipiendum domum revocatur, quod munus magna fidelitatis & eloquentiæ laude annis circiter *quinque* procuravit. Interea verò ociosi non nihil nactus unâ cum libris necessariis ad studium linguæ sanctæ, quæ potissimum ipsi adlubefcebat, se totum ferè impendit, atque in hac brevi tempore ad miraculum usque profecit: adeo ut seculis abhinc aliquot Hebraicè doctiorem Fagio creditum sit fuisse neminem. Usus etiam est opera *Elia Levita*, Judæi doctissimi, Venetiis ad se accersiti. Præter permultos alios viros doctos, & ex senatorio ordine amicos, præcipuum *Isna* habuit *Petrum Buslerum*, qui sumtu suo officinam Typographicam *Isna* instituit: ut Fagius, non docendæ plebi solum, sed edendis in publicum libris utilibus vacaret. Cum autem initia votis, præsertim eò loci, non satis responderent, & damnis suis Fagius moveretur: Buslerus ipsum securum pergere iussit, sibi ista curæ futura: nec longè post, quam ei reliquam debebat summam, *aureorum plus mille*, totam condonavit. Edoctus igitur experienciâ, ad suum institutum *Isnam* multis de causis parum aptam, de mutandâ sede cogitavit: quam in migrationem tandem *Isnenses*, oblato *Joanne Marbachio Lindaviensi* successore, consenserunt.

Interim *Isna*, anno *quadragesimo primo*, pestis grassari cæperat, quo tempore, cum sciret plurimos locupletiores cives, nullâ habitâ pauperum agrotantium ratione, oppidum relinquere consuevisse; deinde domos infectas à Magistratu occludi, sui officii esse judicavit, de utroque homines è verbo DEI admonere. Et ut erat in dicendo copiosus & vehemens, persuasit, ut plerique cives aut manerent, aut ante abitum eleëmofynas liberaliter darent. Effecit etiam, ut Senatus homines idoneos sumtu publico constitueret; qui omnibus laborantibus adessent, eorumque diligentissimam curam gererent. Ipse autem Fagius intrepidus omnes laborantes adire: nemini suum officium denegare, dies noctesque omnibus adesse, ut planè divino miraculo in tam sæva lue, omnium testimonio, conservatus fuisse non dubitaretur.

Eodem tempore pestis etiam *Argentina* inclementius grassabatur; & præter alios *Wolfgangum* * *Capitonem* abripuerat. Hujus in locum cum sub autumnum anni *quadragesimi secundi*, anno integro à morte *Capitonis*, vocaretur; ex improvviso Resp. *Constantiensis*, tum religionis focia, scriptis & precibus enixis effecit; ut Senatus *argentinenis* ipsi ad biennium, hocque exacto, alterum insuper biennium concesserit: cum & antea *Philippus*, *Hassia* Princeps, operam ejus Marpurgensi in Academia, navandam, expetivisset. Mutato itaque rursus domicilio, sub autumnum anni *quadragesimi quarti*, *Argentoratium* tandem venit, ubi honorificè exceptus ministerium sacrum obiit.

Sub initium belli Germanici *Fridericus* secundus Elector Palatinus, cum de constituendis suæ ditionis Ecclesiis cogitaret; Fagium,

Excellis in Hebraicis.

Virtus opera Elia Levita.

Petrus Buslerus. Instruit Typographiam.

Donat ingentem summam Fagio Buslerus.

J. Marbachius. Pestis Isna.

Ibi Fagius officii monet auditores.

A lue servatur.

* De quo antiè.

Vocatur Argentoratium. Conceditur Constantiens. Vocatur à Landgr. Hassia.

Venit Argentoratium.

Evocatur Heidelbergam.

©. 1550. A. 13. Nov. atar. 45. Fagius Germanicè Büchlein.

Margaret. Hirnin.

Heidelbergam mittitur.

Inde Argentoratium abiit.

Studium linguarum in Germania accensum.

Hebraea lingua se dedit.

Est ludimagister Isna. Ibi uxorem ducit.

Docet Argentoratium.

Rediit Isnam.

Ibi pastor declaratur.

gium, jam dudum facundia & doctrina clarum, *Argentorato Heidelbergam* evocavit, ut Evangelii doctrina cæteris praireret.

Verum cum Cæsar fortuna prospera uteretur; & in Germania triumpharet: quod inchoatum in Palatinatu fuit, totum intercidit.

Interea temporis libros non paucos parturiebat; quos doctis & linguæ Hebrææ studiosis utiles futuros judicabat. Unde paulo post *Bucero, Martyri & Hedioni*, ordinariis Theologiæ Professoribus visum; ut septimanis alternis Theologiam extraordinariè doceret, atque, illis vel occupatis vel ægris, vicariam operam subiret.

Pater Fagii moritur.

Sphinx Interimistica

Persecutio piorum doctorum in Germania.

In Angliã vocatur Fagius.

** Fagio interdictionem est concionem d. 2. Mart. 1549. * Vel ut Crus. d. 4. April.*

Biblia transferre incipiunt. Interrumpitur in labor.

Morbus Fagii Cantabrigiam desertur.

Dum ista fiunt, morituri Fagii pater sub autumnum anni *millesimi quingentesimi quadragesimi octavi*: eoque tempore Ecclesiis Christi *Interimistica sphinx* tyrannicè obtrudebatur, exilium fidei ministris passim intentabatur, iisque maximè, qui jam usu rerum Ecclesiasticarum præstabant; & Antichristo se instar muri opponebant. Inter eos, post *Bucero*, haud postremus Fagius fuit: qui tamen nihil quicquam veritus Pontificiorum minas, perpetuo constans in professione mansit. Cæterum tot piorum in Germania pericula nationes exterarum latere diutius haud poterant, unde factum; ut & *Bucerus & Fagius*, DEO sic providente, ab Archiepiscopo Cantuariensi, Angliæ primati, *Thoma Crammero* in Angliam, quasi in tutum receptum iterum iterumque serio vocarentur. Dimissi itaque à Magistratu Argentinensi, licet invito & temporum necessitatibus adacto, anno *millesimo quingentesimo quadragesimo nono*, calendis Aprilis * iter ingressi, in Angliam, ringentibus hostibus, salvi atque incolumes pervenerunt. In Archiepiscopi illius aulâ novi & diu expetiti hospites Germani, honorificè excipiebantur, multisque diebus ibi, non absque pietatis incremento, detinebantur.

Sub id verò tempus subingressi sunt dies, quibus in Academiis istius regionis, anni ferè quartam partem professores à prælectionibus feriabantur. Ea fuit causa, cùm *Bucerus & Fagius* suis ministeriis tempestivius non destinarentur. Interim autore *Crammero* in præclarum opus erant intenti: ut integra Biblia non tantum proprietate sermonis, sed brevi interpretatione, locorumque pugnantium aut difficilium enodatione illustrata ederentur. Ac *Bucerus* quidem in explicatione Novi Testamenti, *Fagius* in Veteris elucidatione elaborabant. Sed progressum hujus laboris morbus utriusque mox interceptit & *Fagii* mors insperata prorsus evertit. Nam cùm avidè expeterent scire, ubi sibi docendum, atque designata ipsis tandem *Cantabrigia* esset, paucis post diebus uterque morbo corripitur. *Fagius* sub finem canicularium acutissimâ febris *Londini* correptus, mutandi aëris ergo, *Cantabrigiam* omninò deportari voluit. Secutus eum *Bucerus* ante nonas demum *Novembri*. cum eo ultimos dies decem variis sanctissimisque consolationibus transmisit.

Tandem ex morbi vehementiâ viribus naturalibus planè destitutus *Idibus*, hoc est, die *decimo tertio* *Novembri*, anni *millesimi quingentesimi quinquagesimi*, vitam hanc caducam cum sempiterna commutans, anno ætatis *quadragesimo quinto*, placidè in Christo obdormivit, non sine veneni suspicione, & postridie in æde *D. Michaelis* honorificè sepultus est.

Quomodo autem postea, anno *quinquagesimo sexto* supra *sesquimillesimum*, hæreseos, temporibus *Marianis*, damnatus: cadaver ejus effossum inque cineres redactum, tandem *Elisabethâ*, ad regium solium evectâ, in integrum restitutus ipse sit, in vitâ *Buceri*, fidelis ejus *ovæ*, dicitur. Ex carminibus *Epitaphiis* unum subjicere placet *Guilielmi Daio*, quod sic habet:

*Bucero primas dedimus, tibi, Paule, secundas
Et damus, Hebrææ gloria prima schola.
Hoc uno inferior Bucero, Paule, fuisse,
Quod prior extremum cernis adesse diem.
Verum illo major Bucero, Paule, fuisse,
Quod prior aeterno jussus adesse Deo.
In reliquo similem duxisti tempore vitam,
Ambo salutiferi buccina fida Dei.
Ambo stelliferi sparsistis semina regni:
Semina, proventu non caritura suo.
Unde utrumque Deus magno dignatus honore,
Utrumque ad superi transtulit astra poli.
Et ne vestra queant communia fata putari,
Qualia sunt quæ nos, vulgus inane, serunt:
Mors postquam è vita, solita vos lege tulisset,
Restituit sacris ossa cremanda focis.
Non ut confessi tantum sed ut ultima passi,
Scandatis celsi sidera summa poli.
Felicis anima, superas licet iustis ad oras,
A nobis vestrum nomen abire nequit.
Eximia semper vivetis laude perennes:
Quam canet Aoniis nostra Thalia modis.*

Ex Hebraica lingua, quæ impressa sunt, translata à *Fagio* hæc, *Thisbites Helia*, qui liber ab autore *Thisbi* vocatus est, à numero vocum *D CC XII*. quæ in hoc opere explicantur *Capitula aut Apophthegmata Patrum*, quæ veterum Hebræorum sapientum pias utilesque sententias continent, cum scholiis à se additis: *Sententia Morales* ordine Alphabeti *Ben Syra* nepotis, ut *Judæi* credunt, *Hieremias Prophetæ*, cum commentario. *Tobias Hebraicus* ex urbe *Constantinopolitana* tunc recens transmissus: *Preces Hebraice*, quibus in solemnioribus festis utuntur *Judæi*, ex quo videre licet vestigia quædam ritus veteris populi, quem & *Christus* in cœnâ suâ, ut eam *Evangelista*, præsertim *Lucas*, describunt, in quibusdam observavit, *parvus tractatulus* ex libro fidei *Judæi* cujusdam ad Christianismum conversi ante annos ducentos. *Expositio dictionum Hebraicarum*, literalis & simplex in quatuor capita *Genesis*, pro studiosis linguæ Hebrææ, cui adjicitur *Paraphrasis Chaldaica* * *Onkeli* in eadem capita cum versione *Fagii*. *Liber fidei veritatis, quem doctus*

Ibi moritur.

Cadaver ejus effossum, matum.

Epitaphium Fagii à Guiljelmo Daio.

Progr. Fag.

Fagio lectio concionem.

Scripta Fagii.

Ben Syra.

** Targum vocant.*

doctus quidam Israelites ante annos multos edidit ad comprobendam fidem Christianorum perfectam esse: *Prima quatuor capita Geneseos Hebraice cum versione Germanica, Hebraicis tamen characteribus, cum scholiis, & ratione legendi Hebraeo Germanica: Commentarii R. David Kimbi in decem primos Psalmos: Elia Levita praefatio Hebraica in Lexicon ejus Chaldaicum: Targum, hoc est, paraphrasis Onkeli Chaldaica, in quinque libros Mosis ex Chaldaeo versa, quibus adjecit breves doctasque annotationes. Scripsit etiam collationem praecipuarum, quae in usu sunt, translationum in Genesin, & compendiarum Isagogen in linguam Hebraeam, & hae quae alia.*

Statura fuit procerâ, facie subnigrâ, sub specie severâ humanissimus, in concionando eloquens ac τραπεζιστικώτατος. Cùm ei & Buccero die secundo Martii Argentorati concionibus interdictum esset: poltrid e ultimo ibi concionati sunt: ac Fagius quidem gravissimam, ἡ μάλα τραπεζικὴν concionem ex 7. Matthaei habuit; cui Crutius, cujus verba haec sunt, interfuit: Verbum DEI non tantum audiendum; sed & faciendum esse. Addidit deinde haec:

I.

Ich bin ordentlich gen Costens; und hieher beruffen worden / hoc est. Ego legitime Constantiam & huc vocatus sum.

II.

Hab gelehrt nach der Augspurgischen Confession im 30. Jahr geschehen / hoc est. Docui juxta Augustianam Confessionem, an. 30. exhibuam.

III.

Ihr Unterthanen solt rühig seyn / nichts fürnehmen mit Gewalt / das Predigamt zu erhalten / h. e. Vos creves & subditi quieti estote, nec quicquam vi molimini, ut ministerium conservetis.

IV.

Die Obrigkeit ist nicht an der Sache schuldig / sie hat alles versucht / ob sie das Evangelium möcht erhalten / h. e. Magistratus hac in re culpa est nulla, quippe qui nihil reliquit intentatum, quo Evangelii doctrina retineretur.

V.

Leset des Luthers Bibel fleißig daheim: vermahneth einander: bleibet in der bekanten Lehrbeständig: haltet euere Kinder zum Kinder-Bericht / h. e. Vos domi vestra diligenter legite Lutheri Biblia: alii alios exhortamini: perseverate in doctrinâ, quam semel veram agnovistis & confessi estis: liberos autem vestros adsuefacite ad institutionem Catecheticam.

VI.

Ihr Jungen bittet GOTT. Er möcht euch daß erhören / dann die Alten / die da mehr gesündigt haben / hoc est.

Vos juniores orate Deum. Fortè enim vos facilius exaudiet, quàm atate grandiores, qui plus peccatorum admiserunt.

VII.

Haltet euere Prediger / so lange sie leben / in Ehren. Gedenet nicht / daß sie des Bauchs halben bleiben. Es wil ihr keiner die falsche Lehr annehmen. Jacobus mocht in Jerusalem bleiben / da Paulus weichen must. Der Teuffel setz denen allweg am meisten zu / die ihm mehr Schaden thun können / hoc est. Non orate vestros, dum vivunt, Ecclesiastas. Nolite putare, ventris causa eos hic manere. Nemo eorum falsam doctrinam amplectetur. Jacobo Hierosolymis manere integrum erat, Paulo non item. Diabolus eos potissimum appetit; a quibus plurimum sibi periculi.

VIII.

Die Ursachen des gegenwärtigen Übels.
 a. Wo GOTT eine Kirche bauet: da richtet der Teuffel sein Capell darneben auff. b. Wir sind heilloß gewesen. Darumb der Feind Unkraut gesäet hat. c. Wir sind gegen dem Wort Gottes undankbar gewesen. d. Gott probiret die Frommen. Der Wind und die Versuchung wehet die Spreuer von dem Korne / hoc est. *Causa praesens mali sunt.*
 1. Ubi Deus Templum excitat: ibi Diabolus sacellum juxta erigit. 2. Nos socordes sumus ac securi. Itaque inimicus zizania sevit. 3. Ingrati sumus erga verbum divinum. 4. Deus explorat suos. Ventus & tentatio paleas à tritico separans.

IX.

Man hat uns nie überwunden / daß wir eine falsche Lehr hätten / auß der Schrift: aber daß man mit Gewalt mit uns handelt / müssen wir Gott befehlen / h. e. Nullius unquam erroris ex scriptura convicti sumus: quod autem vi nobiscum agitur oportet DEO commendamus.

X.

Ihr andere aber / die ihr bisher alles verlacht habt / seyd gottloß gewesen / und lacht auch jetzt in die Faust / bessert euch. Ihr habt eine falsche Lehr / und lebt ärgerlich. So Gott dem grünen Holz nicht verschonet: Viel minder dem dörren. Gott schencket einen Becher des Zorns ein. Die Seinen müssen das Obest trincken: die Gottlosen aber die Grund-Suppen / h. e. Reliqui vero, qui hactenus omnia aerisisti, impii fuistis, & etiamnum in sinu gaudetis: redite ad frugem. Falsam fovetis doctrinam, & vitam agitis mali exempli. Si Deus vitæ ligno non parcat; multo minus arido. Deus infundit poculum ira, è quo superna bibunt pii, feces autem impii.

XI.

N 3

Profopo.
 Graphia
 Fagii.

Fagii va.
 ledictoria
 concio Ar.
 gentina.

XI.

Man hält mich für einen aufführischen Prediger. Aber ich hab niemands angehebt. Man kans mit der Wahrheit nicht von mir sagen. Aber ich bekenne / daß ich auch hinfällig bin gewesen im Lehren. Bitte Verzeihung von Gott. Ich muß Rechenschaft für euch geben / hoc est. *Audiotuba seditionis, sed neminem instigavi, hoc me fecisse verè dici non potest. Fateor remissorem in docendo me fuisse, veniam ejus à Deo peto. Mihi pro vobis reddenda est ratio.*

XII.

Ich bedanck mich gegen jederman / was mir je gutes geschehen ist: Vnd bin willig euch alle Wege wieder zu dienen / wils Gott: Ich sey hie / oder anderswo / hoc est. *Gratias vobis omnibus & singulis ago, pro quibuscunque beneficiis. Paratus sum vobis iterum gratificari, volente Deo, siue hic siue alibi agam.*

XIII.

Bittet Gott für mich / daß ich beständig bleib in allem Creutz: Ich bin ein Mensch. Petrus ist auch gefallen. h. e. *Orate Deum pro me, ut constans maneam, in omni afflictione. Homo sum, etiam Petrus lapsus est.*

XIV.

Bittet das die Christliche Zucht erhalten werde / die Excommunicatio h. e. *Orate, ut disciplina Christiana conservetur, excommunicationem dico.*

XV.

Ihr Obren / straffet die eufferlichen großen Laster. h. e. *Vos superiores, animadvertite in enormia & manifesta peccata.*

XVI.

Leset das 7. Cap. Daniels. Das 15. Cap. 1. Epist. Corinth. das 20. Actor. die Epistel Judæ / h. e. *Legite caput septimum Danielis, caput decimum quintum prioris ad Corinthios, caput vigesimum Actor. & Epist. Judæ.*

Hactenus Crusius è valedictoria Fagii. Cætera desumpta sunt ex narratione ministrorum ecclesie Argent. lib. 3. Prosopograph. Pantaleonis: Sleidani commentariis, Crusii annalibus lib. II. p. 3. cap. 23. aliis.

MARTINVS BVCERVS.

Patriam Martini Bucerii Selestadium, Alsatiæ oppidum, præstantibus ingeniis fecundum, fuisse accepimus, ubi anno Christi millesimo, quadringentesimo, nonagesimo primo, lucem hanc primum adspexit. Jactis artium & literarum in patriâ fundamentis, ut liberius pietati ac studiis operam dare posset, de amicorum consilio, puer etiam dum Dominicanorum sodalitus Selestadii sese addixit, sub annum millesimum, quingentesimum, sextum. Ibi cum singulare industriæ specimen deposuisset, prudentioribus monachis spem de se præclaram excitavit.

Itaque de Prioris, quem vocant, voluntate, Haidelbergam sese contulit, ubi primum ar-

tes dicendi ac Philosophiam graviter didicit, deinde animum ad Theologiam convertit. Cum autem linguarum cognitio tum aliis, tum imprimis Theologiæ studio apprimè sit necessaria, Bucerus Hebrææ etiam linguæ & Græcæ diligentem & utilem navavit operam.

Prodibant sub id tempus, *Erasmi scripta* non pauca, ea Bucero unice arriserunt, ac ex eiusdem primum Evangelicæ doctrinæ fontes hausit. Accedentibus deinde & Lutheri variis libellis: Bucerus, cum doctrinam in iis traditam, cum sacris literis contulisset, quædam in Pontificia religione suspecta habere cepit. Cum ergo esset facundia & humanitate singulari, voce sonora ac grandi, lingua libera in vitiis hominum taxandis, à *Friderico Palatino* evocatus est, ut à sacris sibi esset, commendante eum *Francisco à Sickingen*. Docuit itaque tum alibi, tum Haidelbergæ, ubi Lutheri *dissertatione de libero arbitrio*, primam lucem purioris sententiæ de justificatione in suo pectore accendi sensit. Inde Lutherus de Bucero ad Spalatinum ita: *Habes epistolam Bucerianam, fratris vel solius in ista sectâ candidi & optima spei juvenis, qui me Haidelbergæ & avidè & simpliciter excepit atque conversatus fuit, dignus amore & fide, sed & spe.*

In *Belgium* deinde cum Palatino profectus, superstitionum impietatem, ut solebat, liberè in concionibus taxavit, imò & consilia de ordine suo deserendo agitavit. Id cum monachi inaudissent, hominis vitæ insidias moliti dicuntur. Verùm Bucerus fugâ elapsus, Rheno adverso ascendit, atque ad illum *Franciscum à Sickingen* equitem, tunc non è multis præstantissimum, sese contulit, qui cum haud invitatus ad se recepit, ac patrocinium est pollicitus, donec totum religionis negocium legitime cognosceretur. Apud hunc ergo in arce Nantallensi vixit, otioque literato usus, sacra imprimis studiosè tractavit. Paulò post, anno millesimo, quingentesimo, vicesimo primo, cum ad comitia *Wormianam Vangionum* Lutherus evocatus esset: Bucerus eodem venit, cumque Luthero complures dies familiariter transiit, sententiamque ejus amplexus, apertè eandem postea est professus.

Bello * deinde inter *Sickingensem* & *Trevirensensem* orto, cum videret Bucerus, se in literis tranquille posthac vivere non posse, venia ab illo Sickingensi impetratâ, aliquantisper *Wirsbergam* secedendi, donec flamma belli extincta esset, eo consilio ex arce Nantall abiit. Verùm à vicino pastore *Wissenburgico* ad *Rheinum* invitatus, semestri ibi substitit, concionesque ad D. Joannem habuit, donec à vicario Spirensi cum Pastore suo, *Henrico Mothero* pulsus, jamque Sickingensi infelici casu, anno vicesimo tertio oppresso, summis implicatus periculis fuit.

Ceperant jam Argentorati *Matthias Zellius*, *Caspar Hedio*, & alii semina purioris doctrinæ, conivente *Sigismundo*, comite *Hohenloensi*

© 1551. d.
27. Febr.
atq. 61.
Selestadium.

Natalis
Bucer.

Adjungit
se Dominicanis.

Venit Haidelbergam

Lingula
incumbit.

Legit scripta
pra Erasmi
Et Lutheri

Docet Haidelbergæ.
Luth. de lib. arb. disputatio.

Tom. 1. p. pag. 245

Abit in Belgium cum Principe.
Insidias evadit.

Venit ad Franc. à Sickingen.

Wormianam est comitia Lutheri.

* De quo in vita Schwubi Wittemburgi excurrebat.

Detinuit Wissenburgi. Pellissimè inde cum pastore Henr. Mothero.

Primi ad Argos angelici.

Operâ ceri.

henloens, collegii decano, spargere, ad quos cum Bucerus accedisset, amanter susceptus, & sacra publicè, & in templo & post in scholâ docere iussus est, anno *millesimo, quingentesimo, vicesimo tertio*. Hi itaque symmyta, ingenio & eloquentia præstantes, zeloque ferventes, puram Evangelii doctrinam ea in urbe latè propagarunt, & confirmarunt, atque anno *vicesimo quarto* fundamenta ac causas, susceptæ à se mutationis, rituum *Missæ seu Cœnæ Domini, baptismi, dierum festorum, imaginum, cantionum, in publicis Ecclesia congressionibus* ex sacris literis edito libro, quem *Friderico Palatino* dicarunt, exposuerunt. Subscripserunt libro illi *Wolfgangus Capito, Caspar Hedio, Mathæus Sell, Symphorianus Polio, Theobaldus Niger, Ioann. Latomus, Antonius Firm, Martinus Hag, Martinus Bucerus*. Tandem res eò deducta est, ut conscientibus votis Argentorati missa abrogata, & doctrinæ ac rituum reformatio fuerit suscepta. Cum autem Evangelicos inter ipsos non in omnibus conveniret: *Marpurgi* Cætorum, anno *millesimo quingentesimo, vicesimo nono*, colloquium * institutum est. Ad id reip. Argentinensis nomine *Bucerus* cum *Hedione* missus, cum *Luthero & Zwinglio* multa est collocutus. Ac convenit tunc quidem in capitibus religionis omnibus, uno excepto de Cœna Domini. Discessum est tamen amicè, initio Octobris, & conclusum, *ab omni contentione in posterum abstinendum utrinque esse: Deumque orandum, ut Spiritu suo erudiat ducatque*. Secuta sunt anno *trigesimo* comitia Augustana, ad quæ & Bucerus venit, in religionis negotio, ibi, qua erat doctrina, adversariis sese opposuit, ut & antè *Bernæ* ac *Basileæ* apud Helvetios fecerat, magnamque eruditionis & modestiæ laudem reportavit. Eo enim erat ingenio, ut adversarios patienter audiret, leniter responderet, & veritatis potioem, quàm victoriæ curam haberet. Id quod *Erasmus Roterodamus*, cui cum Bucero magna intercessit familiaritas, multoties de iplo prædicavit. Cum autem, ut non semel diximus, de Cœna Domini ferè solum inter Lutherum & alios esset dissensio Pontificiis pergrata, aliis contra unicè dolenda: Bucerus tunc, de voluntate Saxonis Electoris, & sui magistratus, Augustâ ad Lutherum tunc Coburgi commorantem profectus est reconciliationis causa, & responsum tulit non incommodum, ita quidem, ut illinc ad Zwinglium & Helvetios iret, quò propius jungerentur animis atque sententiâ. Vidit enim & prævidit vir prudens, & pacis perquam studiosus, quantum in Ecclesia Dei damnorum dissidium illud sacramentarium, nisi matrè sopiretur, daturum esset, quod vel hodiernâ die cum dolore experimur.

Interea anno *trigesimo primo*, supra *millesimum quingentesimum*, Ulmenfes quoque suas Ecclesias reformare aggressi sunt. Itaque eam in rem ab Argentinensi Senatu flagitarunt, ut Bucerus eò profectus, ipsorum ditionis Ecclesias constitueret, & Evangelicæ doctrinæ initium faceret. Venit Bucerus, &

fideliter, unâ cum *Oecolampadio*, quod petebatur, præstitit, præscripta religionis formula. Cum autem videret verbi cursum passim impediri dissidio illo eucharistico, dum libellis editis sese invicem proscindebant, iterum de ineunda concordia seridò consilium cepit, suisque, ut idem agerent, auctor & suavor fuit. De voluntate itaque Senatus, Bucerus & Capito, cum præcipuarum Imperii in Germania superiori civitatum doctoribus, in Saxoniam, anno *trigesimo sexto*, ad Lutherum primò *Isenacum*, inde *Wittembergam* profecti, de concordia tractarunt. Tandem multis ultrò citroque habitis colloquiis, conscripta sunt *capita concordia* à Melanchthone & Bucero, inter *Wittembergenses & superioris Germaniæ* Theologos, quæ ita habent:

I.

Consitentur, juxta verba Irenæi, constare Eucharistiam duabus rebus, terrena & cœlesti. Itaque sentiunt & docent, cum pane & vino verè & substantialiter adesse, exhiberi, & sumi corpus Christi & sanguinem.

II.

Et quanquam negant fieri transsubstantiationem, nec sentiunt fieri localem inclusionem in pane, aut durabilem aliquam conjunctionem extra usum Sacramenti, tamen concedunt sacramentali unione panem esse corpus Christi, hoc est, sentiunt porrecto pane simul adesse, & verè exhiberi corpus Christi: Nam extra usum, cum asservatur in pyxide, aut ostenditur in processionibus, ut fit à Papis, sentiunt non adesse corpus Christi.

III.

Deinde hanc institutionem Sacramenti sentiunt, valere in Ecclesia, nec pendere ex dignitate ministri aut sumentis. Quare, sicut Paulus ait, etiam indignos manducare, ita sentiunt, porrigi verè corpus & sanguinem Domini indignis, & indignos sumere, ubi servantur verba & institutio Christi. Sed tales sumunt ad iudicium, ut Paulus ait, quia abutuntur Sacramento, cum sine pœnitentiâ & sine fide utantur. Ideò enim propositum est, ut testetur, illis applicari beneficia Christi, & ablu sanguine Christi, qui agunt pœnitentiâ, & erigunt se fide in Christum. Cum autem pauci convenimus, & opus sit utrinque hanc rem ad alios concionatores & superiores referre, nondum licet nobis de concordia pacisci, priusquam ad alios retulerimus. Cum autem omnes profiteantur, se juxta confessionem & Apologiam Principum Evangelium profitemium, in omnibus articulis sentire & docere velle, maxime cupimus sanciri & constitui concordiam. Et spes est nobis, si reliqui utrinque ita consenserint, solidam futuram esse concordiam:

Subscripserunt.

- D. *Wolfgangus Capito*, minister Ecclesiæ Argentinensis.
- M. *Martinus Bucerus*, minister Ecclesiæ Argent.
- Lic. *Martinus Frechtus*, Ecclesiæ Ulmenfis in verb. minist.

Lic.

Iterum ad Luth. cum aliis abit.

Capita concordia inter Luth. & Buceros ac alios.

Vid. & Buc.

Exponunt causas mutationis nisi Arg.

Missæ abrogata.

* De quo in vita Zwinglii Oecolamp. Luth. & aliorum.

Comitia Augustana.

Modestia Buc.

Lutherum Coburgi accedit.

Vimenses reformant ecclesias.

Operâ Buceri.

Lic. *Jacobus Ottherus*, minister Ecclesiæ Estingensis.

M. *Bonifacius Lycosthenes*, Ecclesiæ Augustanæ minister in verbo.

Wolfgangus Musculus, Eccl. Augustanæ minister in verbo.

M. *Gervasius Scholasticus*, Memmingensis Ecclesiæ Pastor.

M. *Johan. Bernhardt*, Francofurtensis Ecclesiæ minister.

Martinus Germani, Furfeldensis Ecclesiæ minister.

M. *Matthæus Aulbertus*, Pastor Ecclesiæ Reutlingensis.

Johannes Schradinus, Diaconus Reutlingensis.

Martinus Lutherus D. Wittenbergensis.

Justus Jonas D.

Caspar Cruciger D.

Johannes Bugenhagenius Pomer. D.

Philippus Melancthon.

Justus Menius Isenacensis.

Fridericus Myconius Gothensis.

*N. conven-
erunt et-
iam de Ba-
ptismo &
Absolu-
tione.
Detinetur
in reditu
ab Hassia
Prinsipe.*

*Capitula
concordiæ
Basileens-
ibus non
probata.*

*Declarat
ea Bucerus*

*Conven-
tus Smal-
caldensis.*

*Bucerus
Ambiguus
formis lo-
quendi
usu.
Et quædã
retractat.*

Post hanc transactionem *Bucerus* quædam in sententiâ suâ de cœna Domini retractavit, in enarratione quatuor Evangelistarum, scripsitque, se non satis intellexisse mentem Lutheri. Eo in itinere cum *Numburgum* venissent: Landgravius *Hassia Bucorum* & *Capitonem* detinuit, ut *Homburgi* & *Marpurgi* Hessorum, cum primariis Theologis de concordia quoque negotio tractarent. Tandem *Francofurti*, quæ inter ipsos & Lutherum acta fuerunt, in scriptum quoddam retulerunt.

Domum reversi capita concordia *Basileam* miserunt, quæ cum recitata essent in senatu, & doctorum judicio subiecta, obscura esse dicta sunt. Visum itaque est *Carolo stadium* & *Grynaum* Argentoratum mittere, ut coram cum *Bucero* & *Capitone* colloquentes, plenius intelligerent, quid *Wittemberga*, actum esset. Illi Argentoratum profecti, diebus aliquot cum eis contulerunt, & tandem scriptum quoddam *Basileam* retulerunt, quod continebat, quidnam cum *Luthero* actum esset, & quomodo capita concordia intelligenda. Jussus deinde declarationem illorum capitum conscribere *Bucerus*, in qua etsi *Helvetii* nihil reperirent, adversum suæ confessioni, non tamen placuit subscribere, sed scripto suam sententiam complecti, & *Luthero* transmittere. Anno *millesimo quingentesimo trigesimo septimo*, Principes & ordines imperii Evangelicæ confessionis *Smalcaldia* conventum egerunt, quo & Theologos adduxerunt, ut de concilio, à *Paulo III. Mantua* indicto, deliberarent. Eò venit & *Bucerus*, qui *Lutherum* ex calculi doloribus gravissimè decumbentem, secutus, responsum ad *Helvetiorum* literas petiit, quod postea misit. Cæterum cum *Helvetiis* plerisque *Bucerus* ambigua loquendi formâ solidam concordiam moliri videretur, & comment. in Evangelium *Matthæi* ac *Joannis*, doctrinam de cœna ante defensam, in gratiam, ut dicebant, *Lutheri* retractasset, non parum

ab alienasse à se *Tigurinos* visus est, quòs ante & amarat plurimum, & singulari quadam pietate coluerat: Quidam etiam viri docti dixerunt, ei concilianda pacis & concordia cum *Luthero* studio, idem accidisse, quod illis, qui præ nimia vini aviditate, etiam feces haurirent.

Eadem tempestate *Argentorati* schola, consilio saluberrimo, Senatus liberalitate, est aperta, in ea *Bucerus* minimè postremas tulit, sed & concionando & docendo, tam Ecclesiam illam, quàm scholam, plurimum illustravit. Interea aliquoties ad Protestantium conventus ivit, cumque iis de magni momenti negotiis, qua erat prudentia, deliberavit. Comitibus quoque Imperii aliquoties, sui Magistratus jussu, interfuit, & cum Pontificiis *Haganoæ*, *Spiræ*, atque *Wormatia* congressus, placidè contulit.

Interea *Carolus Augustus* in Germaniam reversus, anno *millesimo, quingentesimo, quadragésimo primo*, conventum *Ratisbonæ*, religionis potissimum causa, egit. Ibi *Cæsar Fridericum* Palatinum cum consensu Protestantium & aliorum Principum, ad colloquium designavit, *Julium Pflugium*, *Joannem Eccium*, *Joannem Gropperum* & Pontificiis, *Philippum Melancthonem* *Martinum Bucorum*, *Joannem Pistorium* ex Evangelicis. Deinde ad se vocatos graviter monuit ipse *Cæsar*, uti in causâ tam arduâ tractatione sepositis affectibus ad solam veritatem & Dei gloriam respiciant. Ad eam orationem cum omnes summissè sese excusarent, ac onus suis humeris impar deprecarentur, solus *Eccius* prompto animo accepit, seque instructum esse dixit. Datis igitur præsidibus & testibus colloquii, aliquot dies Theologi de controversis religionis capitibus inter se collocuti sunt ita, ut non esset nulla spes pacificationis & concordia. Exhibitus est tunc *liber* nomine *Cæsaris* Protestantium Theologis, quem perlectum & correctum *Cæsari* reddiderunt: *Dux Bavarie* *Guilielmus* librum oblatum prorsus rejecit, nec quicquam concedendum adversariis contendit, cui accesserunt *Episcoporum* plerique: affudit etiam *frigidam Eccium*, literis ad Principes scriptis, *Cæsarem*que eò adduxit importunitate sua, ut scripto testaretur, se de reconciliatione nihil propositurum nec probaturum, sed judicium integrum Romano Pontifici relicturum: Idem *Eccius Pflugium* & *Gropperum*, complices suos, non dubitavit insimulare quasi prodita causâ Pontificia, cum quosdam abusus corrigendos esse sensissent. Itaque cum non congruerent voluntates, & grave imprimis Germaniæ periculum à *Turcis* impenderet, conventus ille solutus est.

Innotuit eo in colloquio *Groppero* *Bucerus*, fuitque illi hujus lenitas, gravitate decenti mixta, plurimum probata. Itaque domum reversus, *Bucorum* *Hermanno*, *Coloniensi* archiepiscopo, qui jam tum Ecclesiarum emendationem moliebatur, mirificè commendavit & inter omnes idoneum esse dixit, cui religionis

In enim
Berium

Schola
gentorati
aperta.
In ea
Bucer.

Interfuit
varius
loquutus

Colloquii
Ratisbo-
nense.

Ibi inter
collocuti
res Bucer

Libri à
Cæsare
Protestan-
tibus ob-
latus.

Eccii im-
portunitas

Buceri le-
nitæ.

Commenda-
datur Her-
manno
Coloniensi.

gionis reformatio rectè committi posset. Nam esse comprimis doctum, & pacis amantem, & integræ vitæ. Episcopus ergo, qui jam antè novisset Bucerum, & ipsius opera cogitavit uti, significat, cupere se cum eo loqui. Profectus èd Bucerus, anni *quadragesimi secundi* mense *Februario*, perhumaniter fuit exceptus; inprimis à Groppero: qui precibus ab eo contenderat: ut Bonnâ Coloniam ad se veniret. Itaque tum dimissus est ab Episcopo, ut suo tempore vocatus, rediret. Principio ergo anni *quadragesimi tertii* revocatus iussu Archiepiscopi, Bonnæ oppido ad Rhenum, circiter quinque supra Coloniam milliariis, cepit docere. Habita deinde deliberatione in conventu; Bucero hoc munus committitur, ut unâ cum *Melanchthone*, *Wittemberga* accersito, doctrinæ Christianæ capita seu formam instaurandarum Ecclesiarum conscribat. Quem librum cum Bucerus & *Melanchthon* absolvissent; Archiepiscopo exhibuerunt. Hic attentè perlectum ac emendatum Princeps in alio conventu legendum ordinibus dedit. Tum comites, ordo equester, & legati civitatum, magno consensu librum approbarunt; & polliciti sunt: se ad eam formam Ecclesias instauraturos. Sed in collegio Colonienfi, ut ut quidam rectè sentiebant; tamen *πλετορες οι κακοι* in alia omnia iverunt, & edito libro, cui titulus *judicium cleri & Academia Colonienfis*, petulanter conviciati sunt illi doctrinæ, adeò ut affirmarint: *sub imperio Turcio malle se vivere, quam sub magistratu, qui reformationem illam sequatur.* Præterea unicè id urserunt, ut Bucerus, cujus etiam nomen erat exoisum, & alii novitii doctores, loco moverentur. Inter adversarios facilè primas tenuit, ille ipse Gropperus: qui se postea totum à Bucero avertit. Oppugnarunt etiam Bucerum vehementer Theologi Colonienfes: & gravissimis lacerarunt conviciis. Bucerus contra velle se doctrinam illam tueri professus est, ubi ubi placeret. Defendit item Bucerum *Melanchthon* libello in publicum emissò, & clerum ad modestiam & studium veritatis hortatus est. Exitus totius negotii post multas difficilesque actiones, tandem hic fuit, ut à pontifice Archiepiscopus excommunicatus, à Cæsare gubernatione terrarum & omni functione privatus; optimus & piissimus senex populi sui rationem habens, alii cesserit: atque per totam eam regionem religionis facta immutatio fuerit; & quicquid Bucerus instituisse abolitum. Anno *millesimo quingentesimo quadragesimo sexto*, iterum colloquium *Ratisbonæ* à Cæsare fuit institutum: quo & Bucerus denuò vocatus, atque inter collocutores cum *Joanne Brentio* & *Erhardo Snesio* fuit nominatus. E pontificiis autem *Petrus Malvenda* Hispanus, *Eberardus Billicius* Carmelita, *Joannes Hofmeisterus* Augustinensis, & *Joannes Cochlaus*. Ibi Bucerus cum *Malvenda* potissimum contulit, de capite justificationis hominis peccatoris

coram Deo. Sed cum varia inciderent impedimenta, & dissensio esset de Præsidibus: actio tota soluta, & bellum Smalcaldium inchoatum fuit. Cum ergo Saxonix Dux suos revocasset: illis discedentibus Bucerus etiam, ut acta Landgravio Hassiæ referret; vicesima Martii abijt. Ferunt eo in colloquio Hispanum illum solitum esse longâ declamatione negocium suum tractare: Bucerum interea literas huc illuc scripsisse, cumque alter finem orationis fecisset, in pauca omnia contraxisse, & ex *Malvenda*, nonne hoc fuit argumentum tuum? quævisse, illo annuente, statim brevi & acuta solutione id diluisse. Id cum sapius fecisset Bucerus, homo promptissimi & acerrimi ingenii, quidam ad nomen ejus aludens dixit: *Er heist wohl Buser / ich meyn er hat ihn außgebuht.* Id etiam non omittendum, ad hoc colloquium cum Bucero permissu senatus Argentoratensis profectum esse *Joannem Diazium* Hispanum, qui ad partes Protestantium accesserat. Hic postea, operâ fratris *Alfonsi*, Cainico planè exemplo, Neoburgi in superiori Palatinatu trucidatus est. Historia vel ex *Sleidani* commentariis est nota.

Anno *quadragesimo octavo*, post bellum Germanicum, cum iussu Cæsaris *Julius Pflugius* Episcopus Numburgicus, *Michael Heltingus* Sidonius & *Joannes Agricola*, cui à patria, quæ sibi cum *Luthero* communis, *Islebio* nomen; doctrinæ, ceremoniarum, & ecclesiasticæ emendationis formulam conscripsissent: *Brandeburgicus* Septemvir, ut erat & rerum Cæsaris, & pacis supra modum studiosus, cum serio rem agi crederet; communicato cum *Jacobo Sturmio* consilio, ad *Argentineses* scribit; & ut Bucerum ad se mittant, rogat. Cæsarem enim postquam Pontificem concilium detrectare videat, aliam viam instituisse: ac deinceps aliquam spem emendationis in ecclesia bonis affulgere. Bucerus cum *Augustam* venisset, ad septemvirum divertit: qui ab *Islebio* persuasus, librum de religione à delectis confectum ferri posse; quem moderatione summa scriptum esse dicebat. Eum propterea Bucero evolvendum dat, ut ei subscriberet. Ille, quòd in eo Pontificiam doctrinam constitui diceret, probare se non posse respondit, & quantumvis graviter ei succensente septemviro, & ut subscriberet, omni ope per internuncios contendente, & si probaret, amplissima dona promittente, à sententia dimoveri non potuit: magnoque vitæ cum discrimine per *Wittembergicum* agrum, qui tunc ab Hispanis passim infidebatur, se ad *Argentinam* recepit.

Liber autem ille qui à nonnullis *Interreligio*, ab aliis *decretum religionis*, Germanicè *Religions Ordnung* & in constitutionibus Imperialibus *declaration der Religion* indigitatur, capita complectebatur omnia Pontificiæ religioni consentientia, nisi quod sacerdotum conjugium non penitus

Malvenda ratio disputandi.

Ioannes Diazium. A fratre trucidatus Sleid. l. 176. comment.

Scriptoribus Interim.

Evocatur Bucerus. Augustam à Brandeb.

Improbat Interim.

Evocat Bucer.

Qui Bonnâ docet.

Conscribit formulam emendationis.

Qui liber probatur ab ordinibus, rejicitur à clero.

Gropperus adversarius Buceri.

Exitus illius reformationis.

Aliud colloquium Ratisbonæ.

In eo Bucerus cum Malvenda disputat.

damnabat, nec carnis & sanguinis Christi sub utraque specie communionem omninò rejiciebat: sed utrumque tolerandum esse proponebat: donec de tota re ex concilii sententia decerneretur. Quo factum est: ut is liber, quamvis Cæsar gravissimis verbis id vetuisset, contrariis editis scriptis, ab utraque parte impugnatus sit: inde quidem à *Bucero, Calvino, Casparo Aquila, & aliis*: hinc à Pontificiis *Roberto Genali* Abrinearum Episcopo, Romæ à quodam ordinis Dominicanti, ut vocant, *Generali*. Postea male fabricatum Interim sapius incudi est redditum: sed nunquam utrique parti usquequaque placuit.

Interim ab utraque parte impugnatur.

Argentinensibus oberusum.

In Angliâ vocatur Bucerus.

** Imo 4. April. us infra.*

Eo venit cum Fagio.

Cantabrigiæ docere jussus. Stipendium ejus.

Privilegium ei concessum.

Disputat. cum Junge. Quid Angli in eo admirati.

Cum ergo iste liber Argentinensibus etiam obtruderetur, & Protestantium Theologi passim in magno periculo versarentur; aliique carcere, exilio alii multarentur, commodum accidit, ut fama de Buceri, & collegarum fortuna, in Angliam perferretur, ubi jam sub Eduardo sexto rege doctrinæ religionis mutatio facta fuerat. Thomas itaque Crammerus, Cantuariensis Archiepiscopus & Angliæ primas, Buceri fama incitatus, ipsum unâ cum *Paulo Fagio*, in Angliam literis honorificè scriptis invitat. Cum itaque nulla spes melior in Germania affulgeret: Bucerus & Fagius, magistratus Argentinensis voluntate, anno *quadragesimo nono supra millesimum quingentesimum* calendis Aprilibus Argentorato, ubi vicennium totum Bucerus docuerat, discedunt, & per hostium fines in Angliam contendunt: quo etiam media ætate incolumes appulerunt. Excepti ibi sunt Germani hospites perhumaniter, præsertim ab Archiepiscopo, inque Cantabrigiensi Academia utriusque domicilium constitutum, ut ibi sacrarum arcana literarum explicarent. Stipendium etiam Theologicum *octoginta Anglicorum coronatorum* Bucero est triplo auctum, ut honestè cum familia inter peregrinos degere posset. Et Fagio qui dem Vetus instrumentum legis, Bucero autem novum explicandum fuit designatum. Itaque Fagius à *Jesaja* Propheta, Bucerus à *Joanne* Apostolo & Evangelista exorli & aliquousque uterque progressi sunt. Ut autem commodius & cum dignitate actionibus scholasticis & disputationibus, pro more scholarum, interesse posset Bucerus: concessum est ei privilegium totius Academiæ maximo plausu, id quod ante eum nemini: *ut absque nullo publico ritu & usitata cerimonia, quoniam id postularat, inauguraretur.* Postea cum *Jungo* Theologo disputavit, & eum admiratione auditorum scripturæ locos, in speciem inter se pugnantem, dextrè conciliavit. Præter eruditionem autem Angli quoque in ipso mirati sunt vitæ integritatem, vestitum simplicem & modestam victus sobrietatem, laborum tolerantiam, & in variis morbis patientiam.

Paulo post, ut fieri solet, ob cæli in-

temperiem & diætæ mutationem, uterque in gravissimum incidit morbum: quo etiam Fagius cum summo Buceri dolore in autumnò, ut diximus, sublatus est. Erat Fagius tum Londini ager, quem Cantabrigiam deportatum sublecutus est Bucerus, ac Londino suum morbum extulit. Morbus autem erat *intestinarum dolor, calculus, fastidium ciborum, alvi siccitas, catarrhi copiosi capitis*; jacuit aliquot menses; nunquam tamen otiosus, adeo ut quando per valetudinem publicè non licebat, domi suæ scholam aperiret. Ad quintum Id. Januarii, nondum recuperata valetudine, prædiit in publicum & prælegit. Magna ejus in docendo fuit autoritas, doctrina excellens, integritas vitæ, magna prudentia, vox grandis & canora cum orationis forma congruens. Accedebat quoque ejus in notandis hominum moribus modesta libertas, diligentia tanta; ut dubium, utrum magis ornandus sit, quod ipse semper occupatus esse voluit; aut quod alios otiosos esse non permisit. Sed triginta ferè dies hoc in curriculo studiorum versatus, relabatur in eundem morbum, è quo se paululum recreaverat. Ex hoc quoque cum respirasset, concessum est ei; ut sine omni publico ritu, quod postularat, in numerum doctorum theologiæ cooptaretur: ut modò dictum. Idibus Februarii in eum morbum incidit, qui mortem paucis post diebus attulit, in quo sanctis occupatus cogitationibus assidue cælum suspirabat, monitus à medicis, ut cibum caperet, renuit. Sed illis instantibus; ut cogitaret non sibi se, sed multorum utilitati esse natum: *Geramus igitur morem*, inquit. Subinde precatus Deum; ne pateretur Angliam in ea vitia prolabi; quæ Germaniæ cladem attulissent, optavitque; ut quæ ad regem de disciplina Ecclesiæ scripserat, locum in regno reperirent. Cum *H. Joann. Bradfordus* concionatum iret; seque dixisset veile in precibus ejus meminisse; collacrymans, *Ne*, inquit, *abjicias me Domine in tempore senectutis meæ, cum defecerit virtus mea*: tum addidit, *castiget fortiter, abjiciet autem nunquam, nunquam abjiciet.* Monitus, ut se armaret contra Diaboli impetum: *nihil habeo*, inquit, *cum Diabolo commune, in Christo solummodo sum.* Et, *absit, absit, ut nunc consolationes dulcissimas non experirer.* Cum Bradfordus ad eum venisset, & medicorum amicorumque timorem; ne scilicet deficiente luna, vires quoque prorsus deficerent, & morbi vi opprimeretur, indicasset, portexisse dicitur tres digitos, & oculis in cælum elatis: *illo, ille*, inquit, *regit & moderatur omnia.* Tandem inter pia vota animam DEO reddidit, die *vicelesimo septimo* Februarii, anno Christi *millesimo quingentesimo quinquagesimo primo*, Cantabrigiæ: cum haberet annos *unum & sexaginta*. Elatus est funere frequentissimo omnium ordinum: quippe quod vel *duo* vel *tria hominum millia* deduxerunt.

Morbo corripitur Bucerus.

In quo tempore morbus non otiosus.

Suffragium.

Episcopus Bucerus Henricus Suffraganeus.

Recidit in morbum.

Joann. Bradfordus.

Voces Bucerii in morbo.

Bucerus & Fagius haresis damnant.

placuit moribus.

Ennis ojus
frequen-
tiff.

Gualter.
Haddonus.

Suffolci
fratres.

Epitaph.
Buceri ab
Henrico
Suffolciensi

Nam & à Procancellario mandatum fuit: ut omnia collegia adessent, & dies selectus est sepulturæ is, quo maximè populus vacaret. Locus sepulturæ datus est in majori urbis templo, quod D. Mariæ vocant. Concio funebris habita est à *Gualtero Haddon*, ante humationem: humato verò corpore *D. Parkerus* est concionatus. Hic cum perorasset, discidium est, & reliqua celebritas in posterum diem dilata: quo cum de more sacra peracta essent, nec dignæ satis laudes *Bucero* tribui potuisse viderentur; *D. Redman* partes demandatæ sunt; ut pro concione aliquid de *Bucero* loqueretur. Carminibus item epitaphiis celebratus à multis est: ac præcipuè à duobus *Suffolciis* fratribus, quorum mater semper ærotanti adfedit, & omnia humanitatis officia præstitit. *Henrici*, ducis *Suffolciensis*, Heroicum est hujusmodi:

*Vita suavis erat multis, vivente Bucero;
Vita peracris erit multis, moriente Bucero.
Vocè Dei docuit delectavitque Bucerus:
Morte docet, vitâ docuit, Christum esse se-
quendum:
Talia discenti, nec mors nec vita nocebit.
Hæc pius hic docuit vitæque & morte Bucerus.
Plangite tam charum patrem, vitamque se-
quendo
Fingite: sic cælum capiet, quos terra tenebat.*

Verùm exuvias fidelis Dei, servi hostilis rabies quiescere passâ non est. *Eduardo* enim rege extincto, cum *Mari* soror regnum adepta esset, atque Pontificiam doctrinam restitisset: *Reginaldus Polus* Cardinalis, Pontificis legatus, ut Angliam hæresi & hæreticis expurgaret, primùm Inquisitores delegit quinque, qui Academiam Cantabrigiensem reformarent. Hi cum sacris interdixissent: à procancellario & collegiorum præfectis, eam in sententiam est itum: à legatis Academiæ nomine petendum, ut cadavera *Buceri* & *Fagii* effodiantur. Libello exhibito ac deliberatione habitâ, edictum publicè affigitur, quo ad diem decimum octavum Januarii, qui *Buceri* & *Fagii* patrocinium suscipere vellent, adesse jubentur: fore, ut quantum satis, audirentur. Interea testes conquiruntur, qui de hæresibus ipsorum testimonium dicant. Constitutâ die 26. Januarii legati in æde *D. Virginis* locum eminentiorem conscendunt, ubi confidentibus collegis surrexit *Cestrensis*; & habitâ ad populum circumfusum oratione sententiam de scripto recitavit: *Bucero* & *Fagium* hæreseos damnavit, cadavera effodi, & magistratui tradi jussit. Promulgatâ sententiâ *Pernus* quidam multa in *Bucero* dixit, quo perorante valvæ templi versibus, in reos falsè scriptis, fuerunt oppletæ. His peractis legati sententiam condemnationis descriptam, & sigillo *Cestrensis* Episcopi obsignatam Londinum, adjunctis quibusdam versiculis famosis mittunt; una cum literis, quibus quid actum sit, Cardinale medocent; peruntque ut *Breve* de comburendo hæretico ad *Smir-*

thum prætorem oppidanum mittat. Hic enim negavit quicquam se facturum, nisi prius sibi cautum de indemnitate esset. Interim nuntio in itinere hærente, libros hæreticos perquirunt, unâ cum cadaveribus comburendos. Reverso Londino nuntio cum mandato de comburendis reis, dies sextus Februarii negotio illi definitur. Hic ubi illuxit, *Pernus* adscito Notario Publico ad *D. Michaelis* pergit, ubi *Fagius* humatus, & evocatos ad se parochianos juramento adstringit, de effodiendis *Fagii* ossibus, inque locum supplicii deducendis. Item de *Bucero*, qui in æde *Virginis*, faciendum imperavit. Tum prætor ille oppidanus quosdam cum armis adesse jussit; quibus stipata cadavera circumligatis funibus bajulorum humeris inposita (novis enim erant capulis inclusa) in medium oppidi forum deportant: ubi truncus in terram defixus exillabat. Huc ut ventum, eriguntur capuli cum cadaveribus, & ex utraque parte lignis circumdati longa catena ferrea palo alligantur. Ibi igni supposito cum flamma se diffusisset, magnus librorum numerus in eam coniectus est. Hæc dum fiunt, *Watsonus* suggestum in æde *D. Virginis* conscendit: multisque doctrinam *Buceri* ac *Fagii* traduxit. Quarto post rursus * anno, cum *Mariæ* mortuæ *Elisabetha* soror successisset; & Evangelii doctrina Anglis, mirabili rerum vicissitudine, reddita esset, reginâ jubente, *Bucerus* & *Fagius* per legatos regios, & omnes Academiæ ordines, judicio adversus innocentes publicè rescisso, in integrum restituti sunt: adeo quidem; ut omnis generis laudibus eos celebrarint, martyribus annumerarint, multisque Epitaphiis vitam, mortem, sepulturam, martyrium, & restitutionem descripserint, atque posteritati commendarint. Sed hæc, ut & scripta utriusque alibi. Nos colophonem *Beza* epigrammate imponemus, quod tale:

*Natales, Bucere, tuos Germania jactat
Natalibus felix tuis:
Quis verò & quantus fueris, tua scripta
loquuntur,
Ad litus orbis ultimum.
De vita si quis roget, Germania dicet:
Invita Bucero expulsi.
Ast ego sic pulsum (pia auxerit Anglia)
fovi,
Tandemque rexi mortuum.
Verùm mox eadem (factum ô immane!)
sepulcro
Flammis cremavit eruum.
Fallor ego, totus terrena fecis an expers,
Bucere, sic cælum tenes?*

Argentina antequam discederet *Bucerus* die 23. Martii, auditoribus suis, de quibus *Martin. Crusius*, in lectione Theologica valedixit: rogavitque; boni consulerent, quod tot negotiis occupatus, sæpè imbatè docuisset. *Alagnis* faciendos ejusmodi scholasticos conventus.

Fagii ca-
daver ef-
fossus.

Vt & Bu-
ceri.

Combu-
runtur,
unâ cum
libris.

* 1560.
Restituti
ambo.

Beza Epi-
gramma
in Bucero.

Valedictio
Buceri
Argent.

Nam etsi domi possint sacra legere, tamen vivam vocem plus prodesse. Hunc interpretandi morem semper in scholâ antiquius fuisse, teste historia Ecclesiastica. Sequenti hebdomade pro * ipsis docere ceperunt Doctores Theologiæ Caspar Hedio & Joannes Marbachius. Discesserunt demum 4. die Aprilis in Angliam, non autem calendis Aprilis, sicut putatum fuit. Interea namque latuerant domi Catharinæ viduæ Zellii. Abiit cum eis Ulmenfis *Matthæus Negelinus* in Angliam, atque inde ipsis mortuis reversus, plurimos postea annos Argentinæ concionator templi Wilhelmitani fuit.

* Bucero & Fagio.

Matthæus Negelinus.

Ratio docendi Buceri.

In cæteris virtutibus istud quoque habuit laudabile Bucerus, quod imitandum est. Res quas ad disputandum proposuit, in duas dividebat partes, & propositiones necessarias separabat à probabilibus: & hac ratione condocesfaciebat tã avayvã à probabilibus distinguere adolescentes: ut scirent, quæ retinenda & defendenda essent fortiter in Ecclesiâ & Repub. & in quibus largiendum aliquid temporibus necessariis. Si verò aliquid pro necessario posuisset, & demonstrabatur ab alterâ parte, probabile esse, ita confitebatur; ut ignoraretur, bonitatene naturæ concederet, an tentandi causa posuisset. Solidæ certè eruditionis laudem, sicut virtus vel in hoste probanda, etiam ab inimicis tulit. Cùm enim

Contareni Cardinalis de Bucero iudicium.

* Idea piæ reg. & principis Vrsini p. 148.

Cardinalis *Contarenius* à *Petro Martyre*, in Germaniam proficiscente, è conventu illo Ratisbonensi rediens, interrogatus esset de doctis Germanorum viris; respondit * ille: nihil attinet de *Philippo*, qui notus, dicere: habent Germani & *Martinum Bucero*, qui ea ubertate doctrinæ Theologicæ & Philosophicæ, ea etiam in disputando subtilitate felicitateque est instructus: ut unus ille omnibus nostris doctoribus possit opponi. Maeste tua ingenuitate Contarene! maeste & tu tua laude hac ô Bucere!

Desumpta hæc sunt ex epistola *Nicolai Carri* ad *Checum*, Saxonia chronico *Chytræi*: *Sleidani* commentariis: *Crusii* annalibus *Suevicis*, consiliis *Theolog. Melanch. Thuani* historia, & aliis.

1552. d. 13. Octob. aet. 64. Lucerna oppidum. * Lib. 8. Chron. Basil. c. 14.

OSWALDUS MYCONIUS

Lucerna, Helvetiorum oppido haud ignobili, *Oswaldus Myconius*, Germanicè *Geißheuser* * *Würstii* iudicio, nominatus, editus est sub annum Christi millesimum quadragesimum octogesimum octavum. Prima literarum tyrocinia in patria fecit, inde *Basileam* venit: ibique artium ac linguarum cognitioni diligentem impendit operam, studiosissimus inter alios magni illius *Erasmi*, deinde & *Henrici Glareani* popularis sui, quorum utriusque contra ipse, ob ingenii præstantiam, egregiamque eruditionem, fuit charissimus. Factum hoc circa annum Christi millesimum quingentesimum decimum quartum.

Erasmi & Glareani studios.

Cognita itaque eruditione ejus *Basileæ* primò ludo literario ad *S. Theodorum*, postea quoque ad *S. Petrum* præfectus, in utroque non vulgaris industriæ opinione juventutem erudivit. *Basileâ* interjectis annis aliquot, *Tigurum* vocatus est, ut ibi quoque scholam moderaretur: Hic cùm triennium adolescentiam literas bonas docuisset, amicorum operâ in patriam suam *Lucernam* vocatus, atque primariæ ejus loci scholæ præfectus est. Sub id tempus doctrinæ evangelii passim inclarescebat: quam cùm & ipse non solum amplecteretur; sed etiam ex mandato divino, juventuti, quam eâ in scholâ frequentem habebat, instillare conaretur, à *Lucernatibus* Pontifici adherentibus dimissus est anno Christi, millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

Tigurum ergo reversus hospitium invenit, ac denuo ibi ludi moderatorem egit. Postea cùm *Zwinglius* in acie occubuisset, atque literarum cultores à plerisque civium, ut solent, neglectim haberentur, sub initium anni millesimi quingentesimi trigesimi secundi, *Basileam* repetiit, ubi molestiis *Ludimoderatorum* liberatus, *Diaconus* ad *S. Albanum* fuit delcatus. Ibi concionibus habendis officio suo functus est: cumque *Joannes Oecolampadius* diem suum obiisset, *Myconius* Theologicam illius lectionem absolvit, & Evangelium secundum *Marcum* magno cum auditorum applausu explicavit.

Interea de surrogando in locum *Oecolampadii* pastore deliberatum. Ibi tum *Myconius* præter suam expectationem à superioribus nominatus, & primarius Pastor *Basileensis* fuit designatus, cum per semestre duntaxat *Diaconi* munus subiisset. Hac in vocatione annos ipsos viginti cum fide & industriâ versatus est; ac docendo & concionando cunctis exstitit gratissimus. Insignis quippe in eo fuit humanitas, eruditio non vulgaris; facundia verè popularis.

Cùm autem certamen illud *Eucharisticum* de præsentia corporis Christi in cœnâ, passim efferveret: *Myconius* in sententiam *Lutheri* haud obscure inclinavit, atque sapius ejus rei causas amicis ex verbo Dei explicavit. Inde cum gradu *Academico* ornatus esset nullo, nec fortè ornari vellet; cùm *Academiâ* *Basiliensi* nonnihil simultatis ei intercessit. Tandem ultrò professione abdicata, suâ forte contentus, ad vitæ usque exitum vixit: qui ei, jam senio gravi, contigit, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, die decimo quinto *Octobris*, cùm vixisset annos sexaginta quatuor; & ecclesiæ præfuisset annis viginti, præco *Evangelii* fidelis, atque gravitate morum conspicuus. Sepultus est *Basileæ* in templo cathedrali, succedente ipsi in Pastorum *Simone Sulcero*, Theologo celebri: de quo suo loco. Scripta ejus quæ edidit duum sunt generum. Primum est *Theologicorum*, ut sunt, expositio in *Evang. Marci* docta & pia:

Præfectus ludo literario Tiguri.

Tigurum vocatur.

Inde in patriam.

Dimittitur ob religionem.

Denuo Tiguri dicitur.

Fit Diaconus ad S. Albanum.

Docet ludo Oecolampadii.

Cui successit.

Facit ludo Lucernæ. Nonnulli ornari gradu. Abit Tiguri.

Mortuus.

Sim. Sulceri successit.

Evangelium.

Scripta Myconii Theologica.

Philologia.

Glareani carmen Myconii.

Erasmi gratias conius.

Scripta
Myconii
Theolo-
gica.

Enarrationes in psalmum centesimum pri-
mum: 7. Oecolampadii Catechismus è
Germanico in Latinum translatus. Ha-
buit quoque expositiones in Evangelium
secundum Matthæum, Lucam & Joannem,
commentaria in Jesaiam, Jeremiam & Jo-
nam prophetas, cum aliis Theologicis, sed
an edita sint omnia nec ne, ignoramus. Al-
terum est Philologicorum, ut commentarii
in Glareani poema de situ Helvetica, suafo-
ria ad sacerdotes Helvetiæ, qui Tigurinis
malè loquantur, ut male loqui desinant, nar-
ratio de vitâ & obitu Huldarici Zvinglii,
præfatio in enarrationes Oecolampadii in
Matthæum & Marcum, tractatus vel sermo
de liberis rectè & ingenuè educandis, de
crapula & ebrietate, de scœnore & usurâ &
alia multa.

Philolo-
gica.

Glareani
carmen ad
Myconium

Coronidis & emblematis cujusdam quasi
loco adjicimus carmen Glareani, cujus lectio-
nis benevolum Philologum forte non pœni-
tebit. Id est ejusmodi:

Candide, pars ingens nostrorum, Osvalde, la-
borum,
Sen qaalem Alcides, Pirithousve petat,
Surgit Amazonio, pharetrata caterva, flagello:
Et mihi Centauri bella cruenta parant.
Huc ades ô Theseu, tua ope est opus, ac-
cipe tela,
Tela cataphractis objicienda malis.
Omnia in hoc mundo vincit patientia longa:
Et labor & probitas, ingeniumque sagax.
Laudo tuum ingenium, quod & ipse probavit
Erasmus,
Pallados ille pater, Meconique chori.
Socraticis se temporibus Plato gaudet Athenis
Natum, atque exuvias ille triumphus habet.
Dicitur Alexander felix cognomine Magnus:
Cui nasci obrigerit tempore Aristotelis.
Lætor ego, quod temporibus sum natus Erasmi,
Gaudeo, & exultans bellatrophæa fero.
Ab quoties agros comites affatus amice est.
Pabula quanta anima contulit illa mea!
Is docuit mores, meliusque insudit Iesum;
Is docuit cœlum per petnasque domos.
Et docuit penitus stultum contemnere mundum,
Vexit & ad superos mentem animumque
meum.
Quid dare plus posset Cræsusve Cyrusve ro-
ganti?
Quid Calaber dives, quid Sybarisve potens?
Ule hinc digrediens, doctâ sciotericon umbra
Dona dedit, dextra, munera eburna, meæ.
Accipe, ait, nostri monumentum & gluten
amoris,
Accipe Phidiacâ dona polita mana.
Umbra tibi vitam notat, & vaga gaudia
mundi:
Circulus æthereo sidera clara polo.
Elige utrum malis, utinam tibi sidera cordi,
Et, qui sideribus præsidet, orbis herus.
Accepi lacrymans, nomenque incidere jussi,
Osculaque insculpio terque quaterque dedi.
Sed redeo, gratare tuis, Osvalde, Camœnis,
Est aliquid, tanto complacuisse viro.

Erasmo
gratum My-
conium.

Plus certè, quam si gelidis mea Musula metris
Strideat, atque oneret, teque, tuumque caput.
Gratulor & patriæ, venturâ gaudeo vitâ,
Quæ Grajos fonteis, Romuleosque refert.
Helvetios priscos gentem in fera pralia natam;
Comperimus Grajo verba notasse stilo,
Atque utinam positis etiam nunc resnat armis,
Quicquid apud Grajos, Romulidasque fuit.
Ecce Camillus adest, pius ac sacundus Erasmus,
Quo nil candidius Romula terra tulit.
Miles ego, quamvis imbellis, inutilis, ager,
Ære tamen merco, teque merere velim.
Nec timeas vulgus nebulonum, & inutile mundo,
Nec Chryssipeas, fulmina caca, faces.
Chare vale, pharetrata fugit tua tela caterva,
Chare vale Theseu, quo Duce tela dedi.

Henric. Pantal. l. 3. Prosopograph. Wursti-
sius in Chron. Basil. l. 8. c. 14. Erasmi epistola
l. 2. p. 56.

ANDREAS OSIANDER.

1552. d.
17. Octob.
atq. 54.
* Vernacu-
le, ut fe-
runt,
Hosimani.

Andream * Osiamdrum Bavaria dedit, die
decimo nono Decembris, horâ primâ, mi-
nutis duodecim post meridiem, sub altitudine
poli graduum quadraginta novem, anno
Christi, millesimo, quadringentesimo, nonage-
simo octavo. Nomen familiae, penè * ridicu-
lum, mutavit in Osiamdri, unde lonus non lon-
gissimè recederet.

* Prens
vniū fuit.
Hesen
Enderle.
dictus l.
Sturm.
Antipappo
4. Wittem-
berga das
Theologia
operam.
Docet No-
rinberga.

Hic cum ingenium nactus esset acre, facile
& linguas & liberales disciplinas, adeoque
Mathemata ipsa arripuit, ac Wittemberge
in primis in discendâ Theologiâ operæ pre-
cium fecit. E Bavaris venit Norinbergam,
ubi cum Hebraicæ linguæ cognitionem pro-
fiteretur, in Augustiniano canobio doctrinæ
suar primùm mercedes quasdam accepit, carus
ob ingenii acrimoniam ac studium indu-
striamque eruditicis, præcipuè Bilibaldo Pirca-
mero, dignitate, honoribus sapientia & do-
ctrina præstanti viro, quos tamen deindè ru-
sticitate morum & præfractâ animi elatione à
se plerosque alienavit. Commendatus de-
inde primoribus civitatis faciundâ suâ potis-
simùm, concionibus in æde Laurentiana No-
rinbergæ habendis est præfectus, ac quidem
primam concionem Evangelicam habuit, an-
no millesimo, quingentesimo, vicesimo secundo,
die vicesimo tertio Februarii de femine.

Maribus
suis offen-
dit.

Docet &
in templo
Evange-
lium.

Præmissaque contentionibus de religione,
cum monachis, superstitiones jam corruentes
retinere cupientibus, vehementer restitisset, au-
ctoritatem est consecutus, præfertim quando
coram Antistite Papebergensi de illis contro-
versis copiosè, cum plurimorum admiratione
& applausu, disputavit.

Resistit
monachis.

Interfuit deinde & aliquot Theologorum
colloquiis, & anno quidem millesimo, quingen-
tesimo vicesimo nono, à suis ad colloquium
Marpurgi inter Lutherum & Helvetios insti-
tutum missus est. Ibi cum petente Landgra-
vio, singuli Theologi concionem habuissent,
ac Lutherus de justitia coram Deo differuisset:

Interest
colloquio
Marpur-
gensis.

Concionem ibi habet de justitia coram Deo, sed mirificam.

Osiander eundem textum, quem Lutherus explicarat, sibi tractandum sumsit, ac de justitia tam subtilia, Philosophatus est, ut plerique offensi grandiloquentia ejusmodi, *monstri aliquid alere Osiandrum* dicantur præsensisse: Lutherum quoque ferunt testatum esse, *se fastuosum spiritum improbare*. Hæsit hoc in memoria multis, donec monstrum illud, ut mox dicemus, infelici partu in Borussia prodiit.

Adest & in Augustanis comitiis.

Fuit deinde & in Augustanis illis comitiis, quando Carolo V. Augusto Principes & ordines Imperii fidei suæ confessionem exhibuerunt: cumque aliis de controversis religionis capitibus adversus Pontificios suum iudicium contulit, & à nostratibus stetit. In Borussia autem hac occasione pervenit, Norinbergæ anno *millesimo, quingentesimo, vice-* *secundo* in comitiis eum *Albertus* Marchio Brandeburgicus, summus Borussia Magister, concionantem audiens, & privatim familiariter cum eo de doctrina religionis colloquens, primam sincerioris doctrinæ lucem in suo pectore ipsius ministerio accensam fuisse est factus. Postea igitur promulgato à *Cæsare* Carolo V. *Religionis libro*, quem *Interim* nominabant, cum summo in periculo passim in Germania pii Doctores versarentur, & *Bucerius, Brentius, Sneyfius, Sarcenius*, & alii, à magistratibus suis, quibus antè servierant, dimitterentur: Osiander etiam Norinbergam,

Albertus Brandenburgicus.

Venit in Borussiam Osiander.

ubi & dignitatem, & aliquid facultatum erat adeptus, occasionem relinquendi arripuit, contulitque sese in Borussiam, à veteri catechumeno suo, *Alberto*, illo Borussia Duce, invitatus *Regium montem*, ubi Academiam quinquennio ante *Dux* ille instituerat, in qua Theologiam eo tempore docebant, *Fridericus Staphylus*, *Osnaburgensis*, vir ingeniosus, qui *sedecim annos Lutherum & Philippum Wittenbergæ audierat*, & summum gratiæ locum apud Principem aliquantisper tenebat, *Petrus Hegemon* Francus, *Ioannes Tezelius* concionator in aula Ducis Borussia, *Melchior Osiander* Suidnicensis, cujus mentem melancholiâ gravi & diuturnâ disputationes secutæ turbaverunt: quibus accedebant flagrantibus jam dissidiis, *Georgius Venetus, Ioachimus Morlinus, Franciscus Stancarus*.

Fridericus Staphylus.

Melchior Osiander.

Eruditio Osiandri.

Osiander etiam gradu nullo in scholis ornatus, tamen ingenio ac eloquentia excellens, & non solum in Theologia & Hebræa lingua, sed Mathematicis etiam disciplinis omnibus, præclare excultus, & jam recens ac novus hospes, à Principe ceteris omnibus dignitate & gratia præferebatur, nec solum pastor veteris oppidi & post obitum *D. Georgii à Polentis*, Sambienfis Episcopi, præsul Sambienfis; verum etiam primarius Academiae Professor constitutus, *quatuor prima Genesios capita* sibi enarranda sumisit, cumque de creatione hominis ad imaginem Dei differens, hanc *imaginem corpoream Filii Dei, seu verbi incarnati substantiam*, interpretaretur: *Visibilem enim Christum imaginem esse invisibilis Dei, ad cuius similitudinem homo conditus sit*: addidit loco de

Floret gratia apud Principem

Docet in Academiâ Regiomontanâ.

Imago Dei quid Osiandro.

Filius Dei homo futurus, etsi homo non peccasset.

imagine Dei, diligenter tractato, effulsurum, quod, *etiamsi peccatum non introivisset in mundum, tamen Filius Dei humanam naturam adsumpturus fuisset*: sicut *Alexander de Ales, Thomas, Bonaventura, Gabriel Biel*, ac *Picus Mirandula* olim disputarant. Hæc cum variis reprehensionibus & obtreccationibus collegarum exagitari didicisset, peculiari libello typis descripto sententiam de imagine Dei suam exponit, & *Filium Dei, etiamsi Adam non peccasset, nihilominus incarnandum, sed non crucifigendum fuisse*, decem argumentis ordine explicatis contendit.

Interea verò gravior multò *de justificatione controversia* exarserat, quæ priorem obruit. Hanc brevibus ad disputandam sententiis primùm Osiander comprehensam publicè in scholâ proponit, adserens: „ nos solâ essentiali Dei justitiâ justos esse: essentiali ejus vitâ vivere & victuros esse: essentiali ipsius gloriâ glorificari: essentiali illius charitate ad diligendum Deum & proximum propter ipsum inflammari: & gravissimè errare omnes, qui putent alia re, quàm solo uno & vivo Deo Patre, Filio, & Spiritu sancto nos posse justificari, vivificari, glorificari: & glaciæ frigidiora docere, qui doceant, nos tantum propter remissionem peccatorum reputari justos, & non etiam propter justitiam Christi, essentialem & divinam, per fidem in nobis habitantis. „

Controversia de justificatione. Dogma Osiandri.

Cumque status controversiæ esset, *de definitione, seu causa formali, quæ res sit nostra justitia coram Deo*, & hæcenus in Lutheri & Philippi scriptis, *Iustitia hominis peccatoris coram Deo*, diverso causarum respectu, & dissimilibus verborum formis; re autem ipsa eodem redeuntibus definita esset: *Remissio peccatorum propter Christum, seu imputatio justitiæ, seu non imputatio peccati, seu acceptatio personæ, seu reconciliatio per Christum Mediatorem, seu obedientia, passio, & mors Christi, seu fides in Christum*: Osiander contra pertinacissime adseruit, justitiam nostram coram Deo, proprie nihil horum esse, sed *essentialem justitiam Dei, sive divinam in Christo naturæ, communem Patri, Filio & Spiritui sancto*: quæ, cum per verbum Christi corpori inferimur, in nos influat, & in nobis habitet: qua sola iusti vivamus, & ad diligendum Deum & proximum impellamur, sicut scriptum sit, *Iehova justitia nostra, & Rom. 3. Iustitia Dei in omnes & super omnes, qui credunt.*

Iustitia hominis peccatoris coram Deo quid.

Osiandri quid.

In libro contra Melanchthonem: „ cum quæritur, quid sit nostra justitia, respondendum est: Christus per fidem in nobis habitans, est nostra justitia, secundum suam divinitatem; & remissio peccatorum, quæ non est Christus ipse, sed per Christum impetrata est, non est justitia nostra sed præparatio & causa est, quod Deus suam justitiam, quæ est ipse Deus, nobis exhibet. „ Hanc doctrinam de justificatione, Osiander se ab initio repurgatæ Evangelii doctrinæ, constanter uno eodemque modo sonuisse affirmavit, & in comitiis Augustanis anni 1530. hortat-

Ioachim Morlinus

Inter Osiandri causam cognoscet

hortatorem Philippo, præfente Brentio & Urbano Regio, fuisse, ut articulus de justificatione, in hanc sententiam, inserto testimonio, Jeremia, Jehova justitia nostra, in confessione Augultanâ conciperetur. Postea etiam Smalcediæ, cum Lutherus Joannis dictum: *Omnis Spiritus. qui consuetur Iesum Christum in carnem venisse, ex Deo est*: pro concione tractasset, se postridie eandem sententiam, in præcipuorum Germaniæ Theologorum frequenti conventu, explicasse, quomodo Iesus Christus, seu λόγος Deus incarnatus, per verbum Evangelii fide acceptum & sacramenta in nostram quoque carnem veniat, & nos sibi uniat: atque ita in nobis habitantis ipsius essentiali justitia & vita, nos justos censeri, & par ipsum vivificari, & glorificari. Quod non falsò jactitatum ab ipso esse, ex Philippo Melanchthone Chytræus audivit, cum adderet, Bucerum fortè tum sibi astantem, cum audivisset; Osiandrum proponere, se aphorismum Joannis, de quo heri non satis dictum esset, repetere, ac nervosius explicare velle, impudentiam hominis summoperè miratum fuisse: sed hæc tum, vel nondum satis intellecta, vel alioquin pacis causa dissimulata sunt, cum Lutheri magnanimitatem veritus Osiander, publicis scriptis communem doctrinam nondum oppugnaret. In Borussia verò proficiscens, Uratislaviæ apud D. Moibanum, amicum veterem, jactarat, *Leonem mortuum esse, vulpes à se floccipendi*, sed has ipsas præcipuè metuendas sibi fuisse, exitus ostendit. Verùm animus elatus & sui confidens, vehemens etiam ac iracundus, in summa, *Pelide stomachus cedere nescii*, tum ex cæteris ipsius scriptis & actionibus tum verò ex epistola ad *Joachimum Morlinum*, Theologiæ Doctorem data, elucet. Regium montem Morlinus, ab Erico juniore Duce Brunluiceusi Gottinga ejectus, paulo ante Osiandri disputationem venerat, & cathedrali Ecclesiæ à Duce Borussia præfectus, rogabatur: ut dissidia inter Osiandrum & cæteros Theologos, quæ post disputationem, ut fieri solet, velut ventorum procellis inflammatum & auctum incendium, multò gravius & atrocius exarserant, sedare & componere annitretur. Videri enim Principi cæteros, odio & invidia magis, quàm justis & necessariis causis, adversus Osiandrum incitari. Morlinus, vir doctus & eloquens, nulli operæ & labori, in sedando & extinguendo incendio parcat, & aliquot hebdomadis, medium se inter partes gerens, tandem accepta Principis commissione, cum Rectore Academiæ, Theologos omnes, *Osiandrum, Venetum, Staphylum, D. Petrum & Funccium*, Idib. Februarii convocatos, ad Christianam pacem & concordiam fraternam hortatur, & media pacis, de statu controversiæ, thesibus comprehensa, proponit, quæ cum omnes probarent: Morlinus eandem prorsus utriusque partis sententiam esse judicabat, etiamsi Osiander loquendi formis minùs propriis aut usitatis uteretur. Id verò Staphylus pernegabat. Mandatum igitur Staphylò & cæteris Theologis, ut quæ in

Osiandri doctrina desiderarent, scripto complecterentur. Hi antilogias, seu contrariam Lutheri & disputationis Osiandri doctrinam, *quinque antithesibus* demonstrant, ad quas respondens Osiander, articulo quarto inquit, se confictas ab adversariis contradictiones, inter Lutherum & ipsum, non videre. Etsi enim ira Dei & severitas, puniens æternis cruciatibus omnes impios, sustineri à nobis nequeat, tamen gratiam, bonitatem, misericordiam, benignitatem & lenitatem, erga credentes, per verbum & Spiritum ipsius, in credentes, quos Christus inhabitat, influere & implantari posse: ita ut ipsis ad justitiam imputentur, & ipsi de die in diem magis magisque his virtutibus Deo similes reddantur: atque ita Dei justitia & probitas, etiam nostra justitia & probitas existat. Petit etiam à Theologis, ut respondeant: *An Christus in utero matris verè & perfectè justus fuerit? ac ut ipsi suis verbis: quæ res sit nostra justitia coram Deo, diserte indicent.* Theologi sub specie colloqui se multipliciter pro concione & libris editis deformari & damnari queruntur, & hæc gravamina tolli petunt: quibus sublati ad publicam disputationem, vel colloquium se offerunt, & ad judicium Ecclesiæ provocant, cumque nihil impetrarent, tandem huic actioni renunciant.

Cum autem Morlinus Osiandrum ipsum audite enarrantem Psal. 71. sententiam: *Memorabor justitiæ tuæ solius*, à Principe jubere: tur, ac si quid verbo Dei minùs consentaneum sentiret, Osiandrum per literas monere: audito ipso, sequentem epistolam de totius causa: statu & controversiæ momentis, ad Osiandrum scripsit: quam etsi longiusculam, tamen hoc loco inferere operæ precium duximus. Sic igitur Morlinus:

Gratiam & pacem per Christum.

Meministi haud dubiè, vir reverende, quam piè & amanter tecum contulerim statim ab initio adventus mei, de justificatione hominis peccatoris, ubi sine Sophistica, sine ulis verborum portentis & præstigiis, quid sentiam, candidè & sincerè explicavi. Totus enim eram tui amore accensus, sicut in hunc diem, magnum virum suspicio, & cum admiratione in oculis fero. Scio enim quæ ingentia dona Dominus pro sua bona voluntate in hoc tuum vasculum contulerit. Interim cæpit agitari inter nos hoc negotium diligentius, jussu & mandato illustrissimi Principis. Eram ego totus in ea sententia, tantum esse inanes λογωμαχίας & verborum contentiones magis, quam rerum: donec ex magnis viris fide dignis audio, revocari in dubium confessionem Augustanam. Perculit hoc animum meum, & affecit ingenti dolore. Neque enim ex suspicionibus, quæ sunt cæcæ, neque ex vulgum rumoribus hauseram hæc: sed ex summi ordinis viris præstantissimis audieram ipse. Et tamen cum adhuc spes esset de concilianda pace: sperabam omnia, donec tuum scriptum,

Epist. Morlini ad Osiandrum.

Joachim Morlinus.

Tubetur Osiandri causam cognoscere.

„ scriptum, seu responsum ad Theologorum
 „ ἀντιλογίας accepi. In eo videris propo-
 „ sitione 4. Justitiam nostram facere, coram
 „ Deo, novitatem ipsam, infusam nobis bo-
 „ nitatem, lenitatem, mansuetudinem, mise-
 „ ricordiam: ut sicut Deus his virtutibus po-
 „ sitivè justus est, ita eandem suam justitiam
 „ nobis inferat, & infundat, atque ita justi-
 „ tia nostra sit eadem, quæ est justitia Dei.
 „ Hæc propositio, ut ingenuè & candidè fa-
 „ tear veritatem, fecit mihi rem totam su-
 „ spectam magis. Sed tamen cum propter
 „ suspiciones nihil omnino in Ecclesia sit
 „ movendum, volui audire te ipsum. Ac-
 „ cessi igitur lectiones tuas hoc biduo, in
 „ quibus hoc primum sum miratus: quod
 „ cum ferè per integras duas horas, de justi-
 „ tia hominis Christiani, qua peccator coram
 „ Deo justificatur, multa dixeris, nunquam
 „ tamen memineris Christi meriti: sed illud
 „ transieris fortiter, & reliqueris tanquam
 „ otiosam & mutam personam in theatro.
 „ Vulnus cordis mei, mi clarissime D. Osiander,
 „ tibi ingenuè & candidè aperio: ut pos-
 „ sis non mihi solum, verum multis aliis et-
 „ iam hæsitantibus, de te, pro tuo officio
 „ mederi. Tam non cupio te tantum virum
 „ perditum, quàm me ipsum, salva tamen per
 „ omnia veritate verbi.

„ Secundò, negas duplicem in Christo ju-
 „ stitiam, quod non ego solus, verum uni-
 „ versa aserit scriptura. Certum est enim,
 „ Christum à justo Patre ab æterno, justum Fi-
 „ lium natum etiam ante incarnationem, &
 „ sine incarnatione. Postea in forma servi,
 „ omnem vitam ejusdem usque ad mortem
 „ crucis, fuisse obedientiam Filii erga Pa-
 „ trem: sic vocat Paulus Rom. 5. Philipp. 2.
 „ & Christus ipse Joann. 6. & 10. item Heb.
 „ 10. Psalm. 40. Hanc obedientiam filii esse
 „ justitiam & legis consummationem, nemo
 „ negare potest aut debet.

„ Tertio, ne igitur de mea sententia hæsi-
 „ tes, si fortè me non ante satis intellexisti: sta-
 „ tuo fortiter, fortius, fortissimè, & sum super
 „ omnia certus: justitiam hominis peccatoris,
 „ non esse illam justitiam, qua Pater, Filius,
 „ & Spiritus sanctus, absolute, extra incarna-
 „ tionem, positivè, sunt justus, quia est hoc sim-
 „ pliciter facere beneficium & meritum Christi
 „ in incarnatione merum nihil. Deinde non
 „ esse, novitatem, aut ullas qualitates divini-
 „ tatis infusas, vel acquisitas: sed esse justitiam
 „ Filii incarnati, qui Deus & homo natus ex
 „ Maria virgine, mortuus propter peccata
 „ nostra, & resurrexit propter justificationem
 „ nostram, nobis credentibus in suâ persona
 „ hoc meritum, cum omnibus suis virtutibus
 „ tribuens per imputationem, extra hanc me-
 „ diatricem, quæ ab incarnatione incipit, non
 „ tempore, sed formâ, nullam aliam audie-
 „ mus. Quia ad hanc unam & solam re-
 „ mittit nos scriptura: cum de justificatione

peccatoris loquitur: *Genes. 3. Semen mulieris conteret caput serpentis.* Hic non re-
 mittit Deus Adamum ad justitiam essen-
 tialem Filii, in qua tum quoque erat ju-
 stus ab æterno: sed ad semen mulieris, hoc
 est, ad Christum incarnatum. *Galat. 4.* Factum ex muliere, factum sub
 lege: ut eos, qui sub lege erant, redi-
 meret. Sic *Genes. 22.* In semine tuo be-
 nedicientur omnes nationes terræ. *Joann. 8.*
Abraham vidit diem meum. *Jerem. 23. &*
33. Et hoc est, quod vocabunt eam, scilicet
 virgulam ex David: Jehova justitia
 nostra. Sic *Esaia. 53.* Livore ipsius sanati
 sumus. *1. Petr. 1.* Ipsius vibice sanati
 fuistis. *Rom. 3.* Interveniente ipsius san-
 guine: cap. 4. Mortuus est propter pec-
 cata nostra, & resurrexit propter justifica-
 tionem nostram. *Rom. 5.* Quemadmo-
 dum per inobedientiam unius hominis pec-
 catores constituti sunt multi: ita per obe-
 dientiam unius justus constituuntur multi:
 loquitur hic de justitia formali, qua justus
 constituuntur: Ea non est essentialis ju-
 stitia Patris, nec obedientia nostra; quâ
 incipimus legem aliquo modo præstare,
 sed obedientia Filii incarnati, in formâ
 servi, *Philipp. 2. sic 1. Corinth. 1.* Nos
 prædicamus Christum crucifixum, & *pa-
 lo post;* ex eodem vos estis in Christo Jesu,
 qui factus est nobis sapientia à Deo, justitia
 & sanctificatio. *Galat. 3.* redemit nos
 à maledicto factus pro nobis maledictum.
Coloss. 1. Pacificati per sanguinem. Item,
 reconciliavit in corpore carnis &c. *Hebr.*
10. in qua voluntate sanctificati fuimus
 per oblationem corporis. Item: una ob-
 latione consummavit in sempiternum san-
 ctificatos. Desinam recitare alia quæ
 tibi sunt notiora, quam ut opus sit in
 memoriam revocare. Tantum hæc te-
 stimonia ideo adjeci: ut audias me, non
 otiosis speculationibus & aliorum calu-
 mniis & detractionibus, sed gravi-
 bus & justis argumentis moveri. Ac-
 peto, vir clarissime, propter san-
 guinem CHRISTI, ut ad hæc mihi
 respondeas amicè & candidè. Ego ver-
 mis, pulvis & umbra, te tantum vi-
 rum admoneo, sed ex animo candido
 & sincero. Spiritus Domini gubernet
 te totum, & rapiat ex tuis in sua, ex
 humanis in divina. Nostra sunt caro,
 fœnum, & stipula: Dei omnia sunt,
 verbum, veritas & vita, qui te custo-
 diat & gubernet: Amen. *18. Aprilis,*
anno 1551. Huic igitur epistola, se-
 quentibus Osiander respondit: ex quibus,
 quantumvis brevibus, de ingenio il-
 lius vehementer iudicium sumi
 potest.

Clarissimo & ornatissimo viro D. Joachimo Morlin, Theologiae Doctore, Pastori Ecclesiae Kneiphoviana, suo in ministerio verbi Dei Collegae.

Infixisti mihi hodie in concione tua non modo acerbum verum etiam sceleratum vulnus. Nemo enim aliter intellexit: accedunt litera tua, nescio an indoctiores, an furiosiores. Verum ut intelligas quam me terrueris, audi. Ego mihi vehementer gratulor, quod te inimicum habeam apertum potius, quam amicum incertum. Agerem aliter tecum, sed litera tua adiungunt mihi spem amicitiae, concordiae, & tua respicientia. Itaque respondebo tibi, non ut tu vis, neque quomodo tu vis, sed quando, & ut mihi commodum videbitur, & ostendam tibi, DEO adjuvante, coram totius Europa Ecclesia, aliud esse doctum, aliud Doctorem Wittembergensem, qui oblitus Filii DEI, juravit se non discessurum a confessione Augustana, cum omnis homo sit mendax, nec excipiat Philip. Hac memori mente reponito. 19. April. 1551.

Hæc cum legisset Princeps, jubet nihilominus pergere Morlinum, & literis ad eum, modestè & sine ulla iracundiæ significatione scriptis, responsum urgere, sed cum nihilo moderatiùs ille rescriberet, & jam in concionibus, lectionibus, & scriptis editis, alii alios hæreseos, aliorumque criminum arguerent. Princeps aliam restituendæ concordiae viam ingressus, mandat, ne quis ante cognitionem causæ alterum condemnet, sed singuli suæ opinionis, & sententiæ summam & nominatim de hoc capite: *Quæ sit nostra Justitia coram DEO?* seorsim propriis verbis conceptam, principi offerant, & iudicium de illis legitimum expectent.

Osiander, *justitiam Dei essentialem, quæ est Deus Pater, Filius & Spiritus sanctus nostram quoque justitiam esse affirmat: cum per verbum Dei in nos credentes influit, & in nobis habitat, & efficax est, & prolixo libro, qui editus est, confessionem suam expovit.* Staphylus contra asserit, *aliam esse justitiam, qua Deus justus est, aliam qua miserum peccatorem induit, & justum reputat.* Hanc, esse opus Dei in Christo Jesu, illam creatorem ipsum: Morlinus, nihil aliud esse justitiam nostram seu fidei, quam acerbissimam mortem, innocentem sanguinem, & resurrectionem Servatoris nostri, Jesu Christi, citatis testimoniis Rom. 5. Johan. 16. Esa. 53. Ephes. 1. Coloss. 1. Rom. 3. asseverat. Georgius Venetus, *justitiam Christi, quæ sit obedientia Jesu Christi veri Dei & hominis, in passione, in morte, qua iram Dei adversus nostra peccata, placavit, verè esse nostram justitiam coram Deo, cum firma fide eam apprehendimus, & nobis applicamus.* Petrus Hegemon, *transitum Christi ad Patrem, ex Joh. 16. Luc. 24.*

Hæc scripta cum exhibita essent, princeps, etli dissimilitudine offendebar, tamen Osiandri confessionem de Mediatore Christo, & justificatione fidei, prolixè explicatam, prælo

subjici voluit, ut commodius exempla illius Theologis Regiomontanis, & aliis, ab eo dissidentibus, de illius doctrina iudicium la-turis, communicari possent. Morlinus igitur & ceteri Theologi se quoque suas refutationes typis descriptas edituros esse, nec privatim ampliùs cum Osiandro, ut volebat princeps, scripta commutatos, ostendunt.

Interea *Fridericus Staphylus*, qui inter primos se Osiandro opposuerat, cum Wittembergenses præceptores se languidiùs Osiandro opponerent, & aliter, quam existimarat, rem geri videret: Vratislaviam secessit, ac prorsus ad Pontificios defecit. *Franciscus* autem *Stancarus* Mantuanus Francofordiam ad Oderam migravit, aliudque bellum Theologicum movit. *Morlinus* in acie immotus constitit, & lingua calamoque bellum adversus Osiandrum gessit.

Confessio autem Osiandri, qua doctrinæ suæ de justificatione explicationem prolixè & accuratè evolverat, statim ubi typis descripta fuit, publicè omnibus venit, & à Duce Borussia ad præcipuos ordines, principes, & civitates Augustanæ confessioni addictas viginti quatuor, missa, & Theologorum iudicio subiecta est. Hi omnes Osiandri unanimiter improbarunt, solo *Erentio* & Wittembergensibus exceptis, qui non iudicium, sed medicorum munus sibi sumentes, conciliare potiùs partes inter se dissidentes, quam alterutram damnare voluerunt.

Moderatissima verò omnium & lenissima fuit *Melanchthonis* responsio, erudiendis potiùs priorum mentibus, quam adversarii objectionibus & calumniis retundendis, occupata. Hujus auctoritate & nomine clarissimo, cum in primis se premi Osiander videret: refutationem illius Sophisticæ plenam, insertis de verbo ad verbum censuræ Melanchthonis verbis edidit: exorsus à calumniosâ depravatione promissionis, quâ in renunciationibus testimoniorum publicis Wittembergæ ostendunt Candidati: *se amplecti incorruptam Evangelii doctrinam, & tueri symbola ac confessionem Augustanam, & si forte controversia incidant, deliberaturos cum senioribus in Ecclesia Wittembergensi.* Hoc juramento tyrannidem & seditiosam conjurationem institui calumniatur: ut omnes ex solius Melanchthonis, auctoris illius Confessionis præscripto atque interpretatione pendere cogantur. Itaque in controversiâ, cum adversariis suis, Philippo juratis, nullius ponderis Melanchthonis sententiam esse. Deinde nullis illum scripturæ testimoniis doctrinam Osiandricam refutare; sed ambiguis verbis idem ferè, quod ipse, dicere jactat: imò non audere sententiam suam disertis verbis aperire, quod sciat, eam verbo Dei non posse probari. Prodiit tunc & Joachimi Morlini & *ὁμοῦ λόγου* Theologorum liber adversus Osiandrum, cujus titulum duntaxat, quasi *septem mendaciis scitentem*, Osiander statim refutavit,

Hortatus est Morlinus cum collegis principem, ut propter gloriam Dei & subditorum

Staphylus deficit.

Stancarus Francofordiam abiit.

Confessio Osiandri.

Theologorum iudicio subiecta.

Melanchthon. de ea sententia.

Juramentum Candidatorum Wittembergæ.

Morlini liber contra Osiandrum.

Petita iudicatio causa.

Osiandri responsio ad epist. Morlini.

Iubentur scripsi complecti sententiam dissidentes.

Osiandri.

Staphyli.

Morlini.

Georgii Veneti.

Hegemonis

Principis
responsio.

salutem, judicia Ecclesiarum, à se requisita publicari sinat, tandemque exequatur, & cognititas jam atque indicatas Osiandri blasphemias ulterius spargi non patiat, sibi etiam defensionem contra Osiandri invecivas concedat. Princeps Dantisco demum, quò ad Sigismundum II. Poloniae Regem profectus erat, respondit: *Ante judiciorum publicationem Osiandrum etiam audiri oportere, an recte eum omnes intellexerint, & an sufficienter sua probent, verisq; fundamentis scriptura Osiandrica refutent. V. de, neminem ex illis sibi constare, & certo constituere posse, qua sit nostra justitia: non multitudinem, sed verbum Dei spectandum, sicut sepè antea veritatem, plerisq; errantibus, unus aliquis Paphnut. Athan. Luth. conservarint. Ideò non properandum esse. Melanct. judicium magis pro Osiandri sententiâ, quam contra intelligi posse, tamen non equivocis illis & ambiguis scriptis, sed sacra scriptura sola teneri velit. Eam cum solam Osiander alleget, & suam doctrinam inde confirmet, prohibere se ipsi conciones & pralum non debere: cum nec ipsum Morlinum, modeste se defendentem, impedire, sed utramq; partem audire constituerit.*

Osiandri
responsio
Schmeck-
bier.

Antequam autem princeps Dantiscum abiret, Osiander excerpens ex singulis caterorum Theologorum judiciis, quæ in speciem poterat depravare, multis simul, quorum nomina primæ paginæ inscripserat, respondit uno libro, cui titulum Schmeckbier fecit.

in medio
certamine
moritur
Osiander.

Reversus Dantisco princeps, sepositis omnibus caterarum Ecclesiarum judiciis, solum Wittenbergense scriptum quod Osiandrum minus, quam cetera, prægravare videbatur, velut medium concordia propoluit. Id cum utraq; pars pro se interpretaretur, atrocius & perniciosius incendium exarsit. Ibi cum in acie novaculæ Osiandri adversarii essent constituti; quos tanquam turbatores Reip. inquietos, petulantes, seditiosos, à magistratu è medio tollendos jaçtitabant, præter omnem expectationem Osiander paroxysmo epileptico prostratus, post paucos dies ex hac vitâ discessit, priusquam tristiores tragedias in Borussia, & aliis Augustanæ confessioni conjunctis Ecclesiis, excitaret. De obitu autem ejus cum varia à variis sparsa fuerint, adscribemus narrationem de eo ex Funccii Chronologia, quæ ita habet:

Narratio
obitus il-
lius.

Anno post natum Christum 1552. d. 2. Oct. decumbere cepit reverendus, ac in omni doctrinarum genere excellentissimus vir Andreas Osiander. Qui cum multis Pseudodoctorum atq; theologastrorum mendaciis atq; calumniis, multisq; aliorum hominum insidiis, longo jam tempore ob unicum Christi justitiam esset impetitus: nihil magis optavit, quam ut Dominus miseriarum ipsi faceret finem. Quandoquidem non tam innocentiam vitæ ejus, quam puritatem doctrinæ Evangelicæ, quam ipse est professus, omnibus ita esse propositam consideret, ut ex scriptis à se editis sine magno labore possem cognosci. Deinde & adversariis suis, qui scriptis ipsam impugnarunt, magna ex parte sic responsum arbitrabatur, ut quisvis verum

scire volens, facillimè judicare posset, quantâ injuria, non dicam, quam impudentissimis mendaciis & calumniis bonum virum, contra suam ipsorum conscientiam oneraverunt: quæ tamen propediem magis in lucem venient; cum & ea quæ restant ejus scripta, c. m. descriptione totius vitæ ejus in publicum prodibunt. Decubuit ad decimum quartum diem, nihil moleste ferens egritudinem. Spes omnibus erat, cum brevi nobis sanum atq; incolumem restitutum iri, quamvis ipse aliter sentiret. Sed nihil neg, nobis, neg, uxori suæ, quæ sensit, aperiebat; donec manifestissima mortis signa adessent. Tunc convocatis ad se uxore, & liberis, aliisq; pietatis atq; verioris Christi doctrinæ studiosis viris, animam suam Domino nostro Jesu Christo commendavit, atq; ex hac vitâ decessit, die decimâ septimâ Octobris, circa horam quartam, post meridiem. Vulgata ejus rei famâ per urbem, adversarii ejus, spiritus sui impulsu, qui eos regit, mendaciis & mortuum proscindebant, nescio qua de ipsius corporis dilaceratione mentientes. Quæ impulsus famâ illustrissimus atq; piatissimus Prussiae Princeps Dux Albertus senior, publico judicio corpus jam humanandum diligenter inspicere, ejusq; conditiones libris judicialibus inscribi mandavit, præsertim ut mendaces adversarii haberent suorum mendaciorum fructum, nempe pudorem, alii verò veritatis testimonium. Quæ pompâ funus sit celebratum in vitam ejus referemus, his paucis hoc loco indicatis, quod sepultus est ad XIX. Octobris, in magna hominum frequentia, præsertim Illustrissimo Principe c. D. mino, Domino Alberto seniore, Marchione Brandeburgensi, primog. Prussiae Duce: quem comitabatur totum Gynecium cum Ducissa Prussiae, Domina Anna Maria, atq; ducis filia Anna Sophia, &c. Corpus humanandum ultra unam horam omnibus conspiciendum adstabat in Ecclesiâ parochiali, in qua & docuit, & sepultus est. Quæ mortem ejus porrò consequentur: dies doceb. t. Hactenus Joannes Funccius Comment. in suam chronologiam lib. X. sub finem commentariorum.

Mortuo itaque Osiandro non statim etiam dogma ejus mortuum & extinctum est. Nam Funccius, Scirus, & alii *de re egyptiaca*, id deinceps defenderunt, & princeps edito mandato juxta Wirtembergensem censuram doceri jussit. Huic cum pro concione Morlinus esset adversatus, ac auditores, ne parent, adhortatus, à principe dimissus fuit. Quo vix digressio, Illustrissimi Principis Joannis Federici, Saxoniae Ducis, legati, ac in his Theologi Justus Menius & Joannes Stolsius advenerunt. Cupiebat enim optimus ille princeps pro amicitia & necessitudine fraternâ, quæ utrisque à teneris intercesserat, amicum Borussiae ducem, ab Osiandro seductum, monstratis per Theologos suos Osiandri erroribus, in viam veritatis reduci. Cognitis igitur legatorum mandatis, Dux Borussiae Theologos suos, Joannem Funccium & Joannem Scirus, adhibitis aliis, Osiandri sententiæ additis, confessionem fidei suæ scribere jussit, quæ Saxo-

Vid. ch. b. b.
Borussia
German.
Cassav.
Hennel-
geri.

Osiandri
adfectu.

Morlinus
dimittitur.

Legati Sa-
xonici ad
Borussia
ducem.

Colloquium
cum
Osiandri-
cis.

Re
discu-

Confessio
nova
tu Al-
ti.

De
bus su-

Ei sub-
bunt I-
logi.

Decret
Princip
nti doc-
am d
justifica-
tione.

Dux Al-
bertus i-
viano re-
ducitur.
Apostol
sancti.

Duo epi-
scopatus
in duca-
Borussia
Morlinus
revocatus
si Episcopus
Saxo-
biensis.

Finis be-
Osiandri

Osiandri
elog.
Came-
rar. in
vita Me-
lancthb.

Martialis

Oppugna
Melanct-
Osiand.

Saxonis Theologis proponeretur. De qua cum utrinque scripta proluxa Theologi commutassent, & presidente Poppono Comite Hennebergensi, etiam collocuti essent, tandem *ultra trimestre* Regiomonte comorati, cum de summa rei non conveniret, scriptis iudicio Ecclesie subjectis, re infecta, discesserunt.

Anno deinde *quingentesimo quarto*, Dux Borussiae evocatis Tubingensibus Theologis, à Christophoro Duce, petenti missis, aliam de pace Ecclesiarum restituendam actionem suscipit: *novam confessionem* suo nomine scriptam, & exteris & suis è toto ducatu Regiomontem coactis, proponit. Subscripterunt utrinque, nisi quod *Venetus* * Hegemon, & alii Pastores petiverunt, ut insuper Osiandri dogma damnaretur, & sententia Ecclesiarum executioni mandaretur. Hic Julii formam executionis prescribere, cum deliberatio in aula protraheretur, abutum Theologis parantibus, princeps præter expectationem decretum promulgat, quo de justificatione ita doceri præcipit: *Justitiam miseri peccatoris in D E I iudicio, esse remissionem peccatorum, passionem & mortem Filii D E I partem, fidei, apprehensam. Reconciliatos autem fide, renovari etiam oportere per inhabitantem in eis Deum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, qui novam justitiam & vitam in eis inchoat, perficiendam in omni aeternitate. Hanc doctrinam, ut majori cum fructu propagent, mandat ut ab omnibus infestationibus personarum abstinatur, & charitas Christiana cum omnibus colatur. De forma executionis, auditorum se ecclesiarum iudicia, iudicat. Sic paulatim Princeps reductus, postea anno *quingentesimo quinto* mandatum id repetit; atque exploratis ecclesiarum de executione sententiis, & oblivionem omnium offensionum sancit, in qua ipse Dux, etsi alii ut *pallium Osiandrismi*, eam traducerent constanter deinde acquievit. Post etiam, cum duæ in ducatu Borussiae episcopae *Sambienfis & Pomezanensis*, restituta; & redditibus aucta essent: revocati sunt & iisdem præfecti, *Sambienfi* quidem *Joachimus Morlinus* ex Brunsvicensi ecclesia revocatus, *Pomezanensi* verò *Georgius Venetus*, nobili familia Prutenica natus, ex Pomerania oppido *Colberga*, ubi è Borussia exul, Superintendentis munere erat functus.*

Factum hoc anno *millesimo, quingentesimo, sexagesimo sexto*, atque ita tandem bellum id Theologicum sopitum est, sublatis etiam quibusdam pacis turbatoribus, de quibus Chronica consulenda.

Fuit Osiander sanè ingenio naturaque excellenti, & doctrina * multiplice, facultate insuper præclara in pronunciando, quæ cogitasset, instructus: tamen non cavisse apparet, ne oppugnando alios, & suspectam formam doctrinæ callidè introducendo, novas quasi secures impingeret rei Ecclesiasticæ. Certè suo exemplo id, quod Poëta ait, verum esse ostendit:

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Optimum *Melanchthonem* atrocibus contu-

meliis & conviciis appetivit *: quæ tulit omnia placidissimus senex animo æquissimo: etiam tam inhumaniter acceptus postea honorificam ejus fecit mentionem. Narrat alicubi * de diæta ipsius & hæc: *Osiander ita sibi abruptè vitam. Solebat incumbere studiis circa horam nonam noctis; & continuabat ea ad primam vel secundam usq;. Sæpe cum conveni, cum essemus Augusta in conventu. Mane surgebat, quando erat cibus appositus ad mensam, descendebat de scalis, & gestabat caligas repositas in brachiis. Solebam dicere ad eum: Domine Andrea, Ihr hättet die Suppen seither verschlafen: respondebat: Ich weiß die Zeit wohl zu treffen: & hilariter prandebat ac bibebat: ut Melancholici sunt voraces. Postea ibat deambulatum unam vel alteram horam: tertiâ vel quarta hora legebat vel scribebat aliquid; postea cenabat, & circa horam noctis nonam iterum ad studia redibat. Factus est tandem hydropticus, id tribuo illi consuetudini. Quando venit in Prussiam, voluit etiam certare cum aulicis bibendo, sicut poterat largiter bibere, erat enim robustus vir. Hæc Melanchthon. Et cum usum auri etiam in medicinis esse, non ignorent eruditi: Osiander hic auream catenam collo gestasse scribitur *: ne lepra inficeretur.*

Animus autem in eo fuit admodum confidens, & mores nequaquam moderati ac suaves. Calvinus levitatem etiam ei exprobat epistola quadam ad Melanchthonem, qui quoties vinum suave & generosum laudare voluit, has in ore habuit voces: *Ego sum, qui sum: Item. Hic est Filius Dei vivi qua manifesta prodiderunt ludibria. Præter illa portentosa dogmata, etiam hoc invexit, quod de pane Eucharistico dicere solitum Melanchthon scribit: Iic panis est Deus. Quod quàm sit scripturæ & analogiæ fidei consentaneum & quæ paradoxa inde sequantur, eruditi vident.*

Cardanus etiam hoc de ipso narrat *. *Adolescens cum esset, & quartana laboraret, sub ipsius accessionis tempore visus est sibi in nemore esse, atq; a diversi generis feris ac serpentibus appeti. Accedente autem patre suo, illicò menti pristina est restitutus, agnovitq; domum, cubacula, & amicos adstantes absq; ullâ formidine. Recedente verò patre, denuò species illa animo obversata sunt, & redierunt imagines omnes. Perseveravit hoc malum tantisper, dum febris illa. Editus fuit aliquando liber diversis in locis, de Magistratu politico, sine nomine quidè auctoris, sed quem arrogantia facile prodidit. Ejus exordium fuit hoc: Quotquot hætenus scripserunt de magistratu, omnes aut nihil intellexisse, aut turpiter assentatos esse principibus.*

Coronidis loco lubet adscribere verba Melanchthonis, de inhabitatione D E I in sanctis, ad ipsum Osiandrum *Evangelium*, inquit *, *sanctificationem tribuit Spiritui sancto, & sapientissimè dicitur: Fide accipi Spiritum sanctum, ut ad Galatas: Ut accipiamus Spiritum per fidem. Certum est tamen simul esse, Patrem, & Filium, Spiritum spirantes sanctum in corda nostra, sicut Filii afflat Apostolos & halitus largi-*

* Inter alia edidit lib. cum est. Adersassen Philippi. * in enarrat evangelior. part. 4. p. 206.

Diæta Osiand.

* Georg. Fabr. in observ. de reb. metallicis. Levitas Osiandro exprobrata.

Hic panis est Deus, an rectè dicatur.

* De subtil. lib. de Mirabilib.

Libor de magistratu.

* In consilia Theol. part. 2. p. 155.

Re infecta discalunt.

Confessio nova Ducis Alberti.

De quibus supra.

Ei subscribunt Theologi.

Decretum principis, ut docendum de justificatione.

Dux Albertus in viam reductus.

Dux episcopatus in ducatu Borussiae. Morlinus revocatus sit Episcopus Sambienfis.

Finis belli Osiandrici.

Osiandri elog. * Camerar. in vita Melanchth.

Martialis.

Oppugnat Melanchth. Osiand.

largitur Apostolis Spiritum sanctum, Joh. 20. Ita dicitur Joh. 14. Veniemus ad eum: Hec certissima & verissima sunt. Nec eodem modo intelligantur hæc propositiones: Deus est ubique, & Deus habitat in sanctis. Nam hoc inhabitare sic intelligitur, quod ibi Pater, & Filius spirent Spiritum S. in corda sanctorum, & luce ac justitia nova sanctificent eos. Ideo Augustinus scripsit: Fatendum est, Deum esse ubique per divinitatis præsentiam, sed non ubique per inhabitationis gratiam.

Augustini dictum.

Christus est ubique, quomodo explicandum.

Hinc jam alia quæstiones oriuntur. Tota antiquitas declarans hanc propositionem, Christus est ubique, sic declarat, Christus est ubique personaliter. Et verissimum est, Filium Dei, Deum & hominem habitare in sanctis. Sed antiquitas hanc propositionem rejicit: Christus corporaliter est ubique. Quia natura qualibet retinet sua idiomata. Unde Augustinus & alii dicunt: Christi corpus esse in certo loco. Sic Augustinus enim inquit: Sic Christus venturus est, angelica voce testante, quemadmodum visus est ire in cælum, id est, in eadem carnis forma, atque substantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cavendum est enim, ne ita divinitatem astruam hominis Christi, ut veritatem corporis auferamus.

Lutherus à me interrogatus de loco ad Rom. 8. Si Christus in vobis est: dicebat se intelligere, ut ante scriptum est; Si Spiritus Christi in vobis est. Nec tamen Augustini dictum, & similia (corpus Christi est in certo loco) pugnant cum his dictis, Christus est ad dexteram Patris, Christus est ubique. Quia illa arcana exaltatio in regno & sacerdotio non est physica localitas: de qua physica localitate Augustinus loquitur, & bene dicunt veteres: Christus est ubique personaliter. Sed declarationes sententiariorum frigidiores sunt. Cum sit una persona Christus, & sit unum idiomata, liberrimè in sanctis habitat, juxta illam arcanam exaltationem, qua est ad dexteram Patris. De his tantis materiis oro, ut tuas cogitationes nobis impertias. Vellem à te declarari propositionem: sedet ad dexteram Patris.

Essentiali justitia Christi sumus justis, quomodo accipiendum.

Cum dicis, Essentiali justitia Christi sumus justis, procedis in declaratione ad effectum: Essentiali Christi justitia efficitur in nobis novitas, ut si dicas, essentiali vita Christi vivificamur. At nostre ecclesie non tantum de effectione loquuntur, sed ubique vox divina clamitat, sanguine & morte filii Dei placatam esse iram Dei. Et Paulus inquit: Quem posuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Quare propter hoc meritum dicimus, nos habere remissionem peccatorum, & reputari justos, & simul essentialem justitiam in nobis efficacem esse.

De eadem inhabitatione Dei in sanctis, Philippus hæc scripsit manu sua in pagella.

Præsentia universalis cum creaturis, qua est conservatio substantiarum, non nominanda est inhabitatio. Sed inhabitatio intelligatur

proprie de Ecclesia in hac vita, & post hanc vitam, ut Paulus loquitur Ephes. 3. καὶ ἡμεῖς τὸν Χριστὸν ὁὶς ἔστι πρῶτος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἡ ἡρώδης. Et fatendum est, Deum habitare in cordibus, non tantum sic, quod ibi sit efficax, & non adsit sua ipsius essentia, sed quod adsit, & sit efficax. Nec tamen sit unio personalis in nobis, sed Deus separabiliter adest nobis ut in domicilio separabili. Velim & ordine exponi, quomodo persone sint in nobis. Due persone missæ sunt, Filius λόγος, & Spiritus sanctus. Filius proferens verbum ostendit Patrem in mente, ut scias hanc esse voluntatem æterni Patris, juxta dictum: nemo novit Patrem, nisi Filius, & cui Filius volet revelare. Cum hac notitia intus adest λόγος Filius: & tunc Pater per Filium dat Spiritum sanctum, qui immediatè efficit lætitiã, qua cor lætatur in Deo. Sic λόγος ad Adam loquitur immediate, & foris sonat verbum vocale, intus accendit notitiã, & monstrat Patrem, & per λόγος datur Spiritus sanctus in cor Adæ, quo lætificatur, & reviviscere se sentit, & scit se ex morte liberatum esse, & confirmatur, ut sequentis vite miseries perferre possit. Hoc exemplum est illustre.

Et hæc sufficiant de Osiandro. Chytræus in Saxonia: Crusius in annalibus: Touanus in historia Augusta: Consilia Theologica Melancthonis: Camerarius in vitâ Melancthi. Funccius in Chronologia.

CASPARUS HEDIO.

Oppidum est Marchionatus Badensis Etlinga, aliis Posidonopolis, à Neptuno, cui Phorcys Trojanus ut volunt delubrum in vertice montis adici condidit: quemque incolæ olim inter alios deastros coluerunt. Idolum sanè Neptuni, lapideæ tabulæ insculptum, superiori seculo per eluvionem Rheni erutum constat: quod supra oppidi portam collocatum, cum epigrammate hujus Hedionis, publicè fuit visum; postea de voluntate Maximiliani Imperatoris ablatum. Hoc oppidum præter Franciscum Irenicum & alios protulit Casparum Hedionem honestis natum parentibus, ac primum Friburgi Brisgoiæ, postea Basileæ Rauracorum, literis humanioribus excultum. Et Friburgi quidem Philosophiæ Magister: Basileæ autem Theologiæ Doctor renunciatus est; idque sub annum viceesimum, seculi decimi quinti.

Sub idem tempus, vix dum renatâ in Germaniâ evangelii luce, qua & ipse jam erat collustratus: summo apud Moguntinos templo est præfectus. Sed cum teneris ibi & delicatis quorundam auribus minus placeret, gravesque sustineret à clero persecutiones, Argentoratium abiit, anno viceesimo tertio, ubi cum Wolfgango Fabricio Capitone, & Martino Bucero, evangelii rem mirifice juvit, frustra freudentibus & ringentibus Pontificiis. Ita enim Nicolaus Gerbelius: Evangelio mirifice prodest Hedio. Nam sinceritate vite, & gravitate docendi, reliquorum sententiis corroborat. Neq; hæcenus atrocioribus

155 d. 17. Obstat. Estlinga Hedionis patria. Irenicum exog. Ger. c. 4. Neptuni simulacrum

Fit Philosophi & Theologi Doctor.

Præfuit summo templo Mogunt.

Abiit Argentorat. ibi docet.

* Epist. ad Ioh. Sch. v. 1. p. 59.

Relig. Argent. mutata

Ducit uxorem Hedio. Epist. p. 68.

Persecutiones p. 68.

* Vide pra. vit. Buceri.

Scribit contra Pontificios.

Sleid. L. comm. Vocatus à Colon. Hedio.

Mortuus.

Testamentum Hedionis.

ribus odii res acta: sive quod accesserit Hedio, sive quod actum esse de rebus suis timeant, nescio. Certè acerrimè ferunt; scorta, quæ ad eò delicatè amant, tantà invidiâ degravari, ut pote cum tantopere pro concionibus commendatur conjugis sanctitudo, contrà nihil detestabilis esse omnis generis depravatissimâ libidinandi consuetudine. Statim igitur eodem anno ad exitum vergente, senatus mandavit concionatoribus, ut Evangelium liberè & publicè docerent, & auditoribus Dei ac proximi amorè instillarent, omissis tamen scommatibus, & quæ vel scandalo, vel commovendo populo esse possent. Eodem anno trigesimo tertio uxorem duxit Hedio & publicè nuptias tricesimâ Maji celebravit, de quibus ita idem Nicolaus Gerbelius †: Proxima die Luna Hedio publicè ante horam octavam nuptias suas celebravit, vidisses innumeras turbas per omnia compita stantes, cum ingrederentur & egrederentur ad nuptias invitati.

Quamvis autem non solum Moguntia, sed & Argentina, acerrimas à Papæ mancipiis sustinuit persecutiones, infraçto tamen ipse animo perstitit, palàm Evangelii veritatem, contra missas, indulgentias & alias Monachorum cauponationes confessus. Idquè non solum voce, sed & scriptis fecit. Nam cum anno vicesimo quarto, Theologi Argentinensis causas * susceptæ à se mutationis, ex sacris literis, libro edito, reddidissent: Hedio non solum ei cum suis symmystis subscripsit, sed & Theses aliquot Comradi Tregeri paradoxis opposuit, & doctrinam, immoto cœlestium literarum fundamento nixam, fortiter defendit.

Anno quadragesimo tertio, cum Archiepiscopus Colonienfis reformationem animo agigaret, præter Bucerum etiam Hedionem accersivit, ut qui vir esset & ingenii valdè sedati, & ad docendum populum inprimis idoneus. Sed cum Cæsar secundo flumine Bonnam venisset, non in nullo discrimine ambo fuerunt, maximè præsentibus Hispanis, & tandem, sic urgente Cæsare, dimissi.

Nec verò tantum in templo sacra Hedio docuit, aut in schola explicuit, sed & quicquid otii subsecivis horis suffurari potuit, commentationibus piis, ac historiarum monumentis illustrandis impendit, quorum bona pars foras data, uti mox dicemus. Præclare itaque de Ecclesia Christi meritis, Argenterati finem vivendi fecit, anno Christi millesimo, quingentesimo, quinquagesimo secundo, die decimo septimo Octobris, non solum præcipuus tunc Ecclesiæ illius Pastor fidelis juxta ac diligens, sed egregius etiam philistor & polyhistor.

Testamentum manu ejus scriptum, repertum est tale: *GOTT hat mich ohn meine Sorg leben lassen / bis uff diese Stunde / dazu mir seinen lieben Sohn Jesum Christum zum gewissen theuren Pfand des ewigen Lebens geschencket. Darumb fahre nun hin meine liebe Seele / du hast einen treuen*

Heyland / der dich zu seinen Händen auffgenommen hat.

Succellit ei in professione Hieronymus * Zanchius Italus: Ludovicus autem Rabus in curatione pauperum studioforum, quorum quadraginta ampliùs, piâ senatus munificencia in Wilhelmitarum Collegio Argenterati aluntur. Notum est epigramma in Hedionem Nicolai Reusneri, quod extat ejusmodi:

*Seu vis historicus, fidei seu Doctor haberi,
Magne Hedio, rectè nomen utrumq; geris:
Te fidei sancta vocat Argentina fidelem
Mythen; & vocem laudat amatq; tuam.
Te legit Historicum Germaniarum fidelem:
Quam legit historiâ laudat amatq; tuam.
Mortuus ut sis ergo, superstes vivis in orbe,
In doctis, heres atheris ipse, libri.*

Amicitiam, quæ vite condimentum est unicuique, coluit sincerè, cum sinceris ejus ætatis doctoribus doctisve; inprimis cum collegis, & præter eos cum Joh. Oecolampadio, uti epistolæ testantur, & cum Nicolao Gerbelio JC. quod ipse de se hisce confirmat * : Mira mihi est cum Hedione familiaritas, Hebraica & Græca studia communia, ingeniorum rara quedam aequalitas. Deus faxit, ne malus aliquis discordiam interserat. Scis enim nihil iniquius ferre Demonem, quàm sinceram amicitiam.

Scripta Hedionis partim Theologica sunt, partim Philologica.

Ex illorum numero sunt, quæ aut ipse scripsit, aut ab aliis scripta emendavit; ut Sermo de decimis, Moguntia habitus:

Smaragdi Abbatis commentarii in evangelia & epistolas per totum annum, ex Patribus collecti, quos Hedio è M. S. restituit.

Historica ab eodem edita sunt: Historica synopsis, qua Sabellici institutum prosequitur, ab anno 1504, quo Sabellicus pervenit, ad annum usque 1538.

Chronicon Abbatis Urspergensis correctum: Paralipomena illi addita rerum memorabilium, ab anno 1230. ad annum 1537.

Chronicon Germanicum. Translulit præterea in Germanicam linguam libros historicos & alios: ut

Eusebii, Egesippi, Josephi:
Chronicon Abbatis Urspergensis:
Cuspiniani Cæsares:
Chrysostomi Homil. in Matthæum & Joannem.

Augustini quædam opuscula:
Ambrosii libros officiorum:
Smaragdi Abbatis Postillam:
Demogorias Oecolampadii in Epistolam Joannis:

Ludovici Vivis de eleemosynâ:
Philippi Cominei historias:
Erasmii Roterodami, de præparatione ad mortem:

Hermannii Bodii unionem dissidentium:
Lutheri Commentarios in Psalmos graduum, & si quæ alia.

* De quo in Theologis extraneis.

Beneficencia Senat. Argent.

Epigramma Reusneri in Hedionem.

Amici Hedionis.

* Epist. 21. ad Joh. Schv. vob.

Scripta Theologica

Historica.

Translata in Germanicam.

Religio Argent. mutata.

Duxit uxorem Hedio † Epist. 25. p. 68.

Persecutiones patitur.

* Vide supra vit. Bucer.

Scribit contra Penthester.

Sleid. L. 15. comm.

Evocatur à Colon. Hedio.

Moritur.

Testamentum Hedionis.

Pantal.
Candidi
epigram-
ma.

Ex his autem breviter ita repetitis apparet, fuisse virum bonum, ac memoriâ posteritatis dignum, uti & *Candidi* illius verè candidi Christi servi, epigramma moniet:

*Argentina, tuis Hedio, pia dogmata templis,
Sincerâ docuit, religione Dei.*

*Cumq; tibi pietas sit, priscâq; gloria cordi:
Non poteris tanti non meminisse viri.*

Suggesterunt nobis hæc de Casparo Hedione *Pantal. l. 3. Profopogr. Chytræus in Saxonia: Crusius in annalibus Sævicis: Sleidanus in Comment. Epistola ad Joh. Schruëbelium: Pantaleonis Candidi epitaphia.*

JOANNES ÆPINUS.

1557.
d. 13. Maji
atq. 54.
Hamburg-
ga.

Wittem-
bergam
missus
Æpinus.

Joannem Æpinum nobile Germaniæ in litore Baltico emporium Hamburga edidit, sub annum Christi millesimum, quadringentesimum, nonagesimum nonum, atque ab iis, quibus ætas prima imbui debet, sic satis instructum, Wittembergam extruxit: ubi Luthero in primis præceptore usus, ad Theologiam omni animi conatu incubuit, linguarum atque humaniorum literarum studio minime neglecto. Hæc enim *ædæ* & *ædæ* sunt, quodcunque doctrinæ genus capellas.

Anno millesimo, quingentesimo, vicesimo secundo, cum J. Bugenhagenus Wittembergæ evocatus, doctrinæ, rituum, & vocationis ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis formam descripsisset, & scholam in canobio S. Joannis constituisset: Æpinus Pastor ad D. Petri, ac biennio post, totius Ecclesiæ Hamburgensis Superintendens, ut appellamus, pridie Pentecostes est constitutus.

Fit Pastor
Hamburg.

Deinde anno trigesimo idem Æpinus, ut testimonium etiam ab exteris haberet, una cum Casparo Crucigero, & de quo modò diximus, Bugenahio, prius ex Evangelicis sanctæ Theologiæ Doctor salutatus est; panegyricam Academicam ipso Electore illustrante.

Doctor ve-
nunciatur
Wittem-
bergæ.

Vide vi-
tam I. Bu-
genhagii.

In Angliâ
mittitur.

Oppugnat
Interim.

Anno quarto post cum Henricus VIII. Angliæ rex, Papatu abdicato, conjunctionem & auxilia ab urbibus maritimis, quæ Pontificis Romani tyrannidem abjecerant, interque eas ab Hamburgensibus quoque petiisset, miserunt isti in Angliam cum Senatoribus, etiam Æpinum, ita rege petente. Domum reversus ecclesiam suæ fidei concreditam docuit, & cum à fatali illa Germaniæ clade, liber Casarianus in publicum exiisset, quo nova doctrinæ atque rituum forma sanciebatur: Æpinus & scriptum ipsum refutavit, & Lipsensium atque Wittembergensium dissimulationem animique mollitiem aperte, *Cum dæ* Flacio Illyrico, notavit. Sed hoc dissidium alibi attigimus.

Moritur.

Ad cælestem triumphantis ecclesiæ consuetudinem abiit Æpinus, anno Christi millesimo, quingentesimo quinquagesimo tertio, decimo tertio Maji; cum militasset in terris annos quinquaginta quatuor, & ecclesiæ præfuisset annos circiter viginti. Fuit & hic vir ingenio, varia linguarum, artium & rerum Theo-

Eruditio
Æpini.

logicarum scientia magnus, quamvis eruditio ejus, ipso vivere, latuit ferè, & densum innotuit sub interreligionis forma. Itaque cum Melanchthon vidisset, quæ Æpinus contra illam formulam scripserat, hujus pluris, quam suas solutiones fecisse perhibetur, autore Chemnitio in locis communibus. Idem Melanchthon amicam epigrammate ejusmodi ornavit, ad effigiem Æpini apposito:

*Hæc est Æpini Doctoris imago Joannis,
Qui docuit castè dogmata pura DEI.
Saxonicoq; pius cætus in litore rexit,
Fulsit & exemplis integra vita bonis.
Urbis ubi Hamburgæ stant ardua mœnia
clare,*

*Massilia veteris quæ decus omne tenet,
Et superat meliore bono: quod præbet ho-
nestum,
Et fidum hospitium, maxime Christe,
tibi.*

*Inde etiam Æpinus, vigilans & pectore
firmo*

*Errorum facos depulit atq; dolos,
Ergò Deo grates tanto pro munere dico:
Utq; regat semper pectora nostra peto.
Et faciat semper nos unum ut simus in
ipso,*

Æterni gnatus quod petit ipse Patris.

Plurimis in religionis negotio libris scriptis optimè de Republ. Christiana meritis est, quorum è censu sunt, *Commentarius in Psalmum quendam Davidis*, in quo de justificatione, de vita Christiani hominis, de votis & juramentis, de consuetudine impiorum vitanda, de usuris, de contractibus, de relictibus, de corruptelis in judicio agitur, alique nonnulli loci diligenter explicantur. Præterea *libellus de sacri concionibus formandis*, cum aliis ejusdem argumenti: *Libet de justificatione hominis, de operibus legis, de fidei justitia, & origine, de fidei discrimine & virtute: De notis & signis justificationis fidei & hominum justificatorum, de inbecillitate & peccatis Sanctorum, de discrimine peccatorum: De premiis fidei & bonorum operum: cum confutationibus argumentorum, quæ ab adversariis adduci possunt.* Ejusdem est enarratio in *Psalmum sexagesimum nonum*, in qua hæc continentur: *Descriptio Messie & regni ejus, quibus armis mundus Christiano expugnandus & subjiciendus sit: quomodo colligenda catholica Christi ecclesia, quod ejus regimen, & quæ ejus defensio ac propagatio, quæ virtus & efficacia ministerii: Brevis explicatio articuli, De descensu CHRISTI ad inferna: Item cur afflictionibus Ecclesia DEI exerceatur: congressus ecclesiasticos sedulo custodiendos & tuendos esse: Epitome historia de excidio Judaici regni: Prophecia de judæorum abjectione, & Gentium electione.*

Pantal. l. 3. Profop. Chytræus in Saxonia: Gesnerus.

GEOR=

Epigram-
ma Me-
lanchtho-
ni

Scripta
Æpini.

9. 15
d. 13
atq.
Pra
tus M
debur
su
nen
canon
Merib
genfs.
Alber
Vfus.
dican

Famil
March
num B
debur
exstio

Dignit
electo
alber
dican
collata
ma cu
March

Bernad
Afcant
Henric
Guelph

Anhalt
Princip
a quib
ori.

Rudolph
Princip
Anhalt

Tuiscon
unde.

GEORGIUS PRINCEPS ANHALTINUS.

Cum *Lotharius* Saxo, Imperator* sapiens & magnanimus, exercitum in Italiam mitteret, ad intestinas seditiones opprimendas, & ad expellendos Sarracenos, præfecit exercitui *Albertum*, cognomento *Ursum*, natum in familiâ *Comitem de Ballenstet atq; Ascania*. *Ascania* autem arx fuit dicta haud procul Halberstadio ad sylvam Hercyniam, idè quòd petra tota incisa sine materiæ adminiculo, quasi *ohn holt* / Saxonum idiomate. Illius *Alberti* *Ascanii* tanta fuit sapientia & virtus: ut in Italia partim consiliis dandis, partim præliando, & domesticos tumultus sedarit, & Sarracenos represserit.

Postea secutus *Lotharius*, in Italia expulsis Sarracenis, pacem legibus, judiciis, & præsiidiis sapienter munivit. Cum autem tunc, circa annum *millesimum, centesimum, quadragesimum secundum* vetus familia *Marchionum Brandenburgensium* Electorum extincta esset; *Lotharius* Imperator tantum tribuit virtuti *Alberti Ascanii*: ut & Marchiam & pulcherrimum *Electorum* ei traderet. Nec aliud honorificentius iudicium de *Alberto* ab Imperatore, cujus fuit excellens sapientia, fieri potuit: quàm quòd auxit ejus potentiam ditione tanta, & ornavit dignitate, qua non alia pulchrior est in genere humano.

Huic *Alberto Ascanio* filii fuerunt cum alii tùm & *Bernardus*; qui duxit exercitum *Friderici Barbarosse* in Italia. Cum autem *Henricus Guelfus* cognomento superbus, Dux *Saxoniae & Bavarie* Imperatorem in Italiâ seditione consilio deseruisset, & Dux *Henricus* postea proscriptus in Angliam fugisset, in tanto Germaniæ periculo, prudentiam, virtutem, & fidem tantam esse in *Bernardo Ascanio* *Fridericus* iudicavit; ut ei & ditionem *Saxoniam ad Albim*, & *Electoris* *Electura* tradiderit. Ita attributæ sunt duæ præcipuæ ditiones ad *Albim*, & quarum summa est dignitas & autoritas, *Ascaniæ & Anhaltinæ* familiarum, quas quidem amplius *ducentis annis* magna cum gloria retinuit; ac posterius *Alberti & Bernardi* magna virtute defenderunt illam Germaniæ oram adversus *Henetos, Bohemos, Polonos & Tartaros*. Aliqui etiam in *Syriam* duxerunt *Friderici* secundi exercitus.

Certum est autem continuâ serie ab *Alberto Ascanio*, & à *Bernardo* Duce *Saxonie*, *Alberti* filio, ortos esse principes *Anhaltinos*, qui veterem patriam *DEI* beneficio adhuc possident. Fuit que patrum memoria præcipue clarus natus in ea familia *Rudolphus Anhaltinus*; qui Imperatoris *Maximiliani* primi exercitus in Italiam duxit, & sæpè feliciter cum *Venetis & Julii Pontificis* copiis dimicavit. Vetus tam nobilitatem, & nomen vetustissimæ arcis & familiarum *Ascaniæ* indicat. *Tuiscones* enim ab *Ascanis* dictos, multorum scriptorum opinio est: qui vocabuli vicini-

tate moventur; ac delectatus *Melanchthon* est nomine *Ascanis*, quia à religione existimavit inditam esse appellationem illi nepoti *Japhet*. Nam *Esch Cohen* significat sacerdotem ignis. Fuit igitur ille nepos *Japhet* custos sacri ignis, videlicet religionis & doctrinæ. Sed hæc vetera mittimus. Extrat in historiis non solum continua series principum *Anhaltinorum* seu *Ascaniorum*: sed etiam rerum honestissimarum commemoratio, quas gesserunt; quam hoc loco recitare nimis longum esset.

In hac nobilissima familia natus est hic Princeps *Georgius*, anno salutis humanæ *millesimo quingentesimo septimo die decimo quarto Augusti*, patre principe *Ernesto* & matre . . . nata in familia *Ducum Munsterbergensium*. Fuerunt autem in parentibus cum alia virtutes, tùm verò studium magnum cognoscendæ doctrinæ de *DEO*, & vera invocatio *DEI*. Quare & filios ipsi domi ad agnitionem *DEI* & ad omnia honesta officia aduenerunt; & doctores eis idoneos quaeriverunt. Erat tunc in Academia *Lipica* *Georgius Helius Forchemius*, cujus fuit in formandis ingenis fides & felicitas eximia, & laudabatur integritas & gravitas in moribus. Hic enim initio eruditur *Jochimum Camerarium, Casparum Crucigerum*, & alios: qui postea propter eruditionem in Ecclesia & in gubernatione utiliter vitæ communi servierunt. Huic *Georgio Forchemio* commendatus est adolescens Princeps *Georgius Anhaltinus*, apud quem cum natura esset & doctrinæ avida, & capax, celeriter *Grammaticam, linguam Latinam, Dialecticam & Catechesin* doctrinæ Christianæ didicit, & ad exercitia invocationis studiosè aduenerat.

Postea de consilio gravissimi senis, *Episcopi Mersburgensis, Adolphi Principis Anhaltini*, iussus est initia doctrinæ juris consultorum discere, quo in genere tantam præstitit assiduitatem, ut fontes rectè cognosceret. Atque hic adjuvabatur non solum à doctores, sed etiam naturæ generositate, quæ amabat veritatem, & erat fugitans cavillationum. Videbat, ut in arte, exordia, progressiones, & metas, & intelligebat veritatem lucem divinam esse, monstratam generi humano: ut teneatur discrimen inter honesta & turpia, inter bona & mala, & agnoscat *Deus*, & sciatur qualis sit, videlicet sapiens, verax, bonus, justus, beneficus, castus, vindex scelerum. Dicebat *DEUM* velle nos sibi adsentiri agnita veritate, præstigiis cavillationum & sophismatum illudere *Deo*. Et sæpè illud *Salomonis* repetebat: *Non decet Principem labium mendax*. Fontes igitur juris quaerebat, ac præcipuè *Panormitanum* legebat.

In hoc tyrocinio cum annos aliquot præparasset ingenium, & jam egressus esset aetatem *vicefimum secundum*, Cardinalis *Albertus Elector*

Ascanie nomen unde.

Parentes Georgii Anhaltini

Georg. Helius Forchemius.

Præceptor designatur Georgii Anhaltini

Adolphus Princeps Anhaltini.

Discit jurisprudentiam Georg. Anhaltinus.

Veritati adsentendum.

9. 1555. d. Octobr. aet. 47. Præpositus Mag. deburgensis & Misnensis. canonicus Mersburgensis. Albertus Ursus. Ascania.

Familia Marchionum Brandenburgensium extincta.

Dignitas Electoralis Alberto Ascanio collata, una cum Marchia.

Bernardus Ascanius. Henricus Guelfus.

Anhaltini Principes à quibus orti.

Rudolphus Princeps Anhaltini.

Tuiscones unde.

Adjungitur
Consi-
liarii Mo-
guntini
Electi.
Georg.
Anhalt.

Georgii
na religio-
nis oratio.

Legit scri-
pta Luth.
Anhalti-
nis.

Preces
Georgii
Anhalti-
ni.

Studium
ejus cogno-
scendi ve-
ritatem
doctrinae.

Linguae
disce.

Amplecti-
tur doctri-
nam eccle-
siarum E-
vangeli-
sarium.

Electo Moguntinus, & episcopus Magdebur-
genfis, natus in familia Marchionum Bran-
denburgensium, adjungit eum consiliarii in
aula, ubi jam non in umbrâ, ut in Academia,
sed in judiciis, & in deliberationibus guber-
nationis, usum doctrinae juris consideravit.
Et cum natura esset facundus, saepe jussit ejus
voce Cardinalis exponi causas, quae erant in
deliberatione aut judiciis proponendae. Ita
& industria augebatur & confirmabatur ju-
dicium. Jam autem certamina de doctrina
Ecclesiae mota erant, & Teclius, qui scurrili
impudentia venales indulgentias pontificias
circumtulera, & ejus satellites Eccius & alii,
Lutherum assiduis scriptis & fulminibus Pon-
tificiis cogebant, de fontibus doctrinae Chri-
stianae multa dicere. Extabant etiam Lutheri
explicationes, de discrimine legis & Evangelii,
de vera poenitentia, de gratia, de fide, de vera
invocatione, de usu Sacramentorum, de discrimi-
mine legum divinarum & humanarum, de
discrimine ministerii Evangelici, & politica
potestatis. Haec scripta erant in manibus do-
ctorum & indoctorum, ac studia accende-
bantur, quia superstitiosi canones diu fuerant
conscientiarum carnificinae: & Pontifices &
Monachi regno suo immoderate abusi fue-
rant. Desiderabatur etiam Theologia pura
& perspicua, quia labyrinthi Scotistarum, &
similium, erant inextricabiles. Multi igitur
docti & pii adsentiebantur Luthero; & gra-
tulabantur Ecclesiae illucescentem veritatem,
alii profani latebantur laxatione vinculorum
quorundam, ut fieri solet.

Etsi autem legebat & Princeps Georgius haec
scripta, qui Deum recte colere cupiebat, &
multis piis sententiis adsentiebatur, tamen,
quia verebatur, ne aetatis infirmitate alicubi
laberetur, non statim de toto genere doctri-
nae pronunciavit. Interea vero simul ardentibus
ac assiduis votis à Deo petivit, flecti pe-
ctus suum ad veritatem, ac lachrymans saepe
haec verba repetivit: *Fac cum servo tuo secun-
dum misericordiam tuam, & justificationes
tuas doce me,* & studiose legit scripta Prophe-
tica & Apostolica, & his adjunxit historiam
veteris Ecclesiae, scripta Augustini, Hieronymi
& Petri Longobardi, ac laboris hujus hor-
tatores & socium habebat Georgium Forche-
mium. Et quia fontes in scriptis Prophetis
& Apostolicis cognoscere cupiebat, addidit
linguae Graecae & Hebraeae studium, tantumque
in Hebraea profecit, ut par esset in ea doctis in-
terpretibus. Saepè etiam de omnibus contro-
versis cum eruditis & sapientibus diserebat.

Tandem igitur diu cogitatis omnium sen-
tentiis, cum judicaret ecclesiarum Evangelicarum
confessionem, consensum esse veteris
Ecclesiae Catholicae Dei, traditum in Prophe-
ticis & Apostolicis scriptis, etsi odia & pericula
prospiciebat, tamen ostendit palam se amplecti
reformatarum Ecclesiarum confessionem, & ab
adversariorum consiliis & sacrificiis discessit,
seque totum dedit precationi & lectio-
ni, & fratres, optimos Principes, cum
quibus in tota vita sic vixit, ut nulla res un-

quam eorum concordiam labefactaverit, in
laboribus gubernationis sedulo adjuvit. Ac
primum communi consilio cum fratribus in-
stituit Ecclesias in patria, praefecit idoneos
pastores, jussit recte doceri populum, abole-
vit ritus vitiosos, constituit scholas, attribuit
stipendia. Ita facta est emendatio sine dissen-
sionibus, & sine ullo tumultu. Et judiciis ac
exemplis piorum Principum, multi ad agni-
tionem veritatis invitati sunt, multi confir-
mati. Postea & in aliis partibus gubernatio-
nis fideliter & utiliter patriae servavit. Dein-
de vocatus est ad ecclesias regendas in Mers-
burgensi Diocesi anno Christi millesimo quin-
centesimo, quadragesimo quinto, cujus ordina-
tionis testimonium operae pretium facturi
videmur si adscribamus. Id vero est tale no-
mine omnium in Ecclesiis vicinis Inspecto-
rum à Melanchthone conscriptum.

Gratias agimus Deo, aeterno Patri Domini
nostri Jesu Christi, quod immensa bonitate, &
instituit inde usque a conditione & restitutione
generis humani, & servat omnibus seculis usque
ad resurrectionem mortuorum, ministerium
Evangelii, & excitat subinde idoneos Doctores,
ac mandata dedit Ecclesiae suae, ut vocet ido-
neos ministros, & promittit se per eorum vocem
daturum remissionem peccatorum, Spiritum
sanctum, vitam, & justitiam aeternam: & ora-
mus eum, ut lucem Evangelii sui non sinat ex-
tingui, sed nunc quoque excitet pura & saluta-
ris doctrinae Evangelii propugnatores & fidelis
custodes, & colligat sibi etiam nunc in his regio-
nibus Ecclesiam, à qua in omni aeternitate cele-
bretur. Cum autem ad hoc ministerium Evan-
gelii Reverendiss. & Illustriss. Princeps Domi-
nus Georgius, Princeps in Anhalt, Comes Ascaniae,
& Dominus in Bernburg &c. Praepositus Eccle-
siae Magdeburgensis, rite ac pie vocatus
fuisset ad functionem muneris Ecclesiastici ad-
juvandum in Episcopatu Mersburgensi, accer-
siti sunt veteri primarum Ecclesiarum more,
viri docti & graves, qui vicinas Ecclesias guber-
nant, quorum nomina infra adscripta sunt, ut in
ipsa Ecclesia Mersburgensi ad hanc vocatio-
nem adderetur publicum testimonium ordina-
tionis. Nos igitur convocati, quia certe scieba-
mus, hunc Illustriss. Principem Georgium recte
intelligere, & constanter amplecti puram Evan-
gelii doctrinam, quam Ecclesiae harum regio-
num una voce, & uno spiritu cum catholica
Ecclesia Dei profitentur, & eximiam ejus esse
virtutem & sanctitatem: Testimonium nostrum
de eo, ritu Apostolico, impositione manuum, de-
claravimus. Cumque Paulus Tito praeceperit, ut
Presbyteros ad docendas & gubernandas Ec-
clesias passim constitueret, sciat hic ordinatus,
voce Apostolica sibi praecipere in hac functione;
ut sacerdotes ad docendas, & regendas Ecclesias
ordinet, & eorum doctrinam & mores inspiciat,
& meminerit sibi quoque praecipere à Filio Dei: Et
tu conversus confirma fratres tuos. Et cum
Filius Dei sciat ad dexteram aeterni Patris,
ut sic efficax per hoc ministerium: precamur, ut
in tota gubernatione regat, & adjuvet hunc
ordinatum, sicut promisit inquiens: Si quis
diligit

Instituat
sua disci-
plina eccle-
siae.

Praeficitur
Ecclesiae
Mersburg.
Diocesis.

Testimonium
ordinationis
Georgii
Anhalti-
ni.

Castro
Georg.
Anhalt.

Docet
scribit
blice.
Pretulerit
ejus.

Vox ei
usitata.

Colloquia
de forensi-
bus con-
troversis.
De Physicis
& Medicis
De Theolo-
gicis.

Invocatio
nostra &
ethicorum
uti discer-
nenda.

diliget me, sermones meos servabit, & Pater meus diliget eum, & veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus. *Ei ut hac se consolatione sustentet ordinatus ipse, hortamur. Eisi enim multa & magna sunt in gubernatione pericula: nec ulla est sapientia humana par tanto oneri, tamen sciat, Deum verè adesse, & in Ecclesiâ habitare, ubi vox Evangelii sonat, eamque defendi & servari à Deo. Hac fiducia suscipiendi & perferendi sunt tanti ministerii labores. Data die tercia Augusti, anno 1545. in oppido Merzburg.*

Castitas Georg. Anhaltini

Docet & scribit publice. Virtutes ejus.

Potesse usitate.

Colloquia de forensibus controversiis. De Physicis & Medicis.

De Theologicis.

Invocatio nostra & Ethnicorum ut discernenda.

In ista igitur episcopo quoque rectè doceri populum curavit, & præsuit Ecclesiis universæ regionis Mysorum, fuitque hic ei vitæ cursus; donec ex hac mortali vita ad cœlestis ecclesiæ societatem vocatus est. Vixit castè in vita cœlibe, sine ulla contaminatione; cubiculum ejuserat templum, Academia, & curia. Nam ibi hæc fiebant quotidie, precatio, lectio, scriptio, & deliberationes de gubernatione. Ac ut *Esdras*, utraque in re patriæ profuit, docuit & confirmavit multos concionibus & editis scriptis: & rexit consilia gubernationis. Neminem sciens unquam læsit: benefecit privatim & publicè multis: fuit suavor pacis inter Principes; multorum diremit controversias: abhorruit ab omnibus seditiosis, turbulentis, *Alcibiadeis* consiliis: ab ambitione alienissimus fuit. Nunquam ita, vel odium, vel vindictæ cupiditas cum impulit; ut contra justitiam faceret; aut tranquillitatem communem turbaret. Injurias multas & magnas excelsò animo condonavit tranquillitati communi; dolores etiam alios ea animi moderatione tulit; ut satis intelligi pollèt, eum sustentari invocatione Dei, & acquiescere in Deo. Norat, ut vir doctus, discrimina consolationum humanarum & divinarum; & sæpè hæc dicta repetebat: *Subditus esto Deo, & ora eum; prope est Dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritus salvabit.* Studia, dolores, adliduitas in gubernatione, precatio, abducebant eum ab omnibus voluptatibus corporis. Ac post consolationes, quas ei cogitatio divinarum promissionum, & invocatio adferebant dicebat: *se non habere aliam levationem mœstitiæ, nisi colloquia optimorum fratrum, & aliorum honestorum ac doctissimorum virorum, ac delectabatur hoc versu:*

ἰδὲν φιλῶ λόγον ἐστὶ τοῖς λυπημένοις.

De forensibus controversiis diserebat cum viris clarissimis *J. C. tis*, sapientia & virtute præstantibus, *Hieronymo Schurfio*, & *Ludovico Fachio*. De corporis humani naturâ, de morborum causis, & remediis, cum peritissimis medicis, *Sebastiano Aurbachio*, *Augustino Schurfio*, & *Jacobo Milchio*. De doctrina Ecclesiæ cum *Luthero*, *Iusto Iona*, & *Joanne Bugenbaggio Pomerano*: ac multæ eorum disputationes, plenæ eruditionis & pietatis, audite sunt. Interrogavit aliquando *Lutherum*; quomodo invocatio in Ecclesiâ discernenda sit ab Ethnica

invocatione, cum & Ethnici non furiosi cogitarint esse mentem architectatricem mundi? Ibi *Lutherus* respondit: *semper in invocatione cogitandum esse, quid alloquamur, & se jungendam esse nostram invocationem ab Ethnica, ac præcipua esse duo discrimina; alterum de essentia Dei, alterum de voluntate; ac de utroque discrimine, mente intuendas esse patefactiones divinas in Baptismo Filii & alias, ac promissiones divinitus traditas. Hanc ipsam ob causam prodidisse Deum ex arcana sede; ut in his patefactionibus agnoscat, & à commenticiis numinibus procul se jungatur. Ac in cogitatione essentia hunc Deum, qui Pater est æternus Domini nostri *Jesu Christi*, & cum Filio & Spiritu Sancto omnia condidit, & promissionem reconciliationis tradidit, eamque sanguine & resurrectione Filii obsignavit, compellandum esse; sicut inquit *Christus*: *qui me videt, videt patrem. De voluntate etiam cogitare oportere Mediatorem & promissiones. Huic verè invocationi dissimillima est Ethnica seu Turcica; quæ negat hunc verè Deum, conditorem rerum esse, qui est Pater Domini nostri *Jesu Christi*, & ignorat Mediatorem & promissiones: sed dubitat, an & cur nos indignos Deus exaudiat. Taxabat & doctrinam Monachorum, quæ jubet adferre dubitationem ad Deum, sicut adferunt Ethnici. Jubebat sæpè recitare, & semper in invocatione cogitare promissiones, quia earum cogitatione fides accendenda sit, & damnabat Euthusiastarum furores; qui abducunt homines à cogitatione scriptæ promissionis. Dicebat autem hanc doctrinam quotidie in ardenti invocatione exercendam esse. Hic cum rursus interrogaret *Ascanius de discrimine personarum, cur Filius dicitur & nominetur, tertia persona Spiritus?* graviter ingemiscens *Lutherus* deplorare calamitates Ecclesiæ cœpit, veteres controversias repetivit, & execratus est diabolicos furores *Samolateni*, *Arii*, & similibum, ex quibus orta est deinde blasphemia *Mahometica*. Deinde & querelam addidit, de negligentia scriptorum recentium, in quorum disputationibus verè hoc accidit: ut plura sint παράρρητα quam ἔργα. Est, inquit, Filius integra imago æterni patris & ὑψιστάτου. λόγον autem dicitur non solum, quia Patris sese invientis cogitatione genitus est; sed etiam quia per eum decretum, de toto ordine creationis, & restitutionis humani generis dictum est. Hic est angelus magni consilii, proferens admirandum & arcanum decretum, de humana salute, ex sinu æterni Patris; sonat vocem Evangelii ad *Adamum* & *Evam*: servat nunc quoque ministerium Evangelii; dicit consolationem in cordibus; monstrat Patrem; reddit nobis vitam: & dat Spiritum Sanctum; qui in cordibus lætitiâ, invocationem, & alios tales motus accendit: qualis est ipse; unde & Spiritus appellatio est, quia tertia persona sic nobis patefacta est; quod divinos motus in corde accendit.**

Discrimen personarum in Deitate.

Cur Filium DEI λόγον dicatur.

Cur tertia persona Spiritus dicatur.

Q

In

Diſſum Salomonis de Filio Dei.

In hanc commemorationem ingreſſus Lutherus multa dicta enarravit: ἡ ἀρχὴν ὅτι ἔχεται καλῶ ὑμῖν. Et in Salomone de Sapientia; Fui cum eo artifex, ludens in orbe terra ſua; & delectationes mea cum filiis hominum. Quid dulcius eſt, inquit, hac ſententia? de Filio enim dicitur, in quo fulget idea opificii mundi, & qui ſe patefecit generi humano edita voce: ludit mirandis operibus in creatione & in colligenda Eccleſia. Quale enim ſpectaculum eſt hominis formatio? qualia ſpectacula ſunt adſumtio naturæ humanæ? liberatio Nohæ in diluvio? populi in Ægypto? reſurrectionis mortuorum, & alia miranda facta? Jam hoc dulciſſimum eſt, quod ait: ſe hominum conſuetudine delectari. Nobiscum adeſt, colligit, & ſervat eccleſiam voce Evangelii.

Talia erant argumenta familiarium ſermonum; quoties hi viri conveniebant, quorum erat Aſcanius tanquam ἀγωνοθέτης; nec erat κωφὸν πρὸς ὅσων; ſed ſuum iudicium eruditè de controverſiis & de enarrationibus addebat; miſcebat & pia vota; ac Deo gratias agebat cum pro aliis beneficiis, tum etiam pro hoc: quod depulſis tenebris Papiſticis, quæ ſunt Ethnicarum ſimiles, reddidit nobis Evangelii lucem. *Jonas*, viro erudito in doctrina Eccleſiæ & in iure, dixerat; videri ſibi ταυτολογία eſſe in latina interpretatione inconcinnam & obſcuram; in prima epiſtola Joannis, in capite tertio. *Peccatum eſt iniquitas*. Reſpondit Jonas interpretis negligentia erudiſſimam definitionem obſcuratam eſſe. Ut enim privationes definiuntur collatione, ut cum dicimus; *tenebras eſſe privationem lucis*: ita Joannem rectiſſimè definire; *peccatum eſſe, quicquid eſt contrarium legi, ἢ ἀμαρτία ἐστὶν ἢ ἀνομία*. Norma eſt juſtitia, lex Dei; quæ eſt ſapientia in Deo æterna & immota, cujus radii transfuſi ſunt in rationales creaturas, & quæ in promulgatione Decalogi repetita eſt. Contraria huic normæ & ſapientia ſua Deus damnat, & peccata nominat, ac propterea fontibus irascitur, & eos deſtruit. Ac apparet Joannem motum eſſe licentia eorum; qui ex gentibus ad eccleſiam converſi erant, quibus ostendenda fuit norma: unde iudicarent, quæ mala ſint à Deo damnata. Deducit igitur nos ad legem; quam rectè vult intelligi. Delectabatur & ſimilitudine, quam recitabat D. Pomeranus. *Ut annulus magno æſtimatur, & amat propter gemmam, adamantem, aut ſmaragdum, non propter aurum: ſic dicitur, fide juſtificari homines propter gemmam Filium Dei*. Hanc autem gemmam fide amplectimur. Cum *Joachimo Camerario* diſerebat de omnium ætatum hiſtoriis, de Imperiorum mutationibus & periodis, & earum cauſis, de motibus cœleſtibus, & de ſiderum eſſeſtione.

De loco Joannis: Peccatum eſt iniquitas.

Lex Dei.

Pomerani diſſum de fide juſtificante.

Colloquium cum Camerario.

Sophron liber Platonis chaſtæ.

Sophron; ut ſub culcitram collocarit; ut iſt lecto etiam ad manum eſſet: ſic Aſcanius amabat Salomonem & Syracidem; & ſapè dicebat, *gnomas eſſe eximium ἐξ ὅδων in vita, & utiles commonefactiones in multis deliberationibus*. Quia verò Syracidæ lectio paſſim corrupta eſt; fuit hortator Camerario: ut ederet emendatam. Sapè & de ſententiis obſcuris cum eo diſputabat: ut, cum in capite quadrageſimo primo dicitur, *φύλαξεν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ, & ἀπὸ τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ*; ænigmata inquit lego, & petebat enarrationem. Hic Camerarius ait; factum eſſe verbum ab adagio *εἰς κόρακας*; & jubere cavendam eſſe expulſionem ſeu delectationem dati & accepti; id eſt, juſtæ compensationis in contractibus, & in referenda gratia: velle Deum hanc compensationem non aboleri; quæ & ordo eſt ſapientia & juſtitia in Deo, & nervus humanæ conſociationis, & ſignificat Deo nos gratitudinem debere. Etia alii alias interpretationes quærebant; tamen Aſcanius, amans juſtitiam & gratitudinem, hanc Camerarii antefeſerat.

Postremus etiam actus vitæ Principis Georgii, pietatem ejus & Dei præſentiam oſtendit. Cum toto ſemestri conſiſtaretur cum morbo moleſtiſſimo: tamen quotidie piis precibus ſeſe, eccleſiam, optimum fratrem, & cæteros Principes Anhaltinos, Patriam & Germaniam Deo commendavit, deinde lectionem audivit ex Prophetiis & Apoſtolicis libris; quantum potuit etiam conſilia gubernationis adhuc rexit. Teſtamentum præcondidit, in quo & conſeſſionem ſuam repetivit, & eccleſiarum deſenſionem fratri commendavit. Addidit etiam ſingulis paſtoribus eccleſiarum ſua ditionis ad annuos redditus frumenti medimnos duodenos. Tandem languefactam naturam ſuperante morbo menſis Octobris die decimo ſeptimo, anima ejus ex hac mortali vita ad cœleſtis eccleſiæ ſocietatem evocata eſt; cum quidem ſeſe vivens quotidie Filio Dei commendaret; & aſſidue commemoraret divinas promiſſiones: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium unigenitum dederit, ut omnis qui credit in eum, non pereat: item, Nemo rapiet oves meas ex manibus meis: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis; & ego reſciam vos*. Et tantum tunc animi in eo robur fuit; ut ſatis apparet: in eo lucere fidem ac fiduciam Filii Dei, divinitus accenſam. Quotidie enim cum fratre & aliis de beneficiis Filii Dei, de ſpè vitæ æternæ, & miranda collectione Eccleſiæ ex genere humano, dulciſſimè collocatus eſt. Obiit ita piè Deſſaviæ anno Chriſti milleſimo quingentiſimo quinquageſimo tertio, die decimo ſeptimo Octobris, cum incoallèt annum ætatis quadrageſimum ſeptimum. Celebrarunt mortuum Principem & Eccleſiæ antiſtitem optimum, clariffimi Germaniæ Poëtæ, de quibus & Melanchthon his Epiſtogrammatiſ:

Gnomæ Salomonis & Syracidæ.

Prophetia eἰς κόρακας.

Morbus Georgii Principis Anhaltini.

Teſtamentum ejus.

Auguſtini ſententia de ſtormo.

Epigramma Melanchthonis in Principem hunc.

Synodi à Geor. Anhalt. habitæ.

Principis Ascaniâ nati de stirpe Georgii
 Quem cernis, tumulus proximus ossa tegit.
 Huic fuit Ernestus genitor; qui pacis amore
 Promeruit patrie totius esse pater.
 Maris erat casta Monsterbergensis origo,
 Sincera coluit qua pietate Deum.
 Ascania gentis virtus est clara triumphis,
 Ordine quos numerant secula longa patrum:
 Sed fuit huic fontes doctrinae discere cura;
 Quam nobis Gnatu tradidit ipse Dei.
 Hoc ad majorum decus addidit incluta facta;
 Præbuit & Patria commoda magna sua.
 Esdras ceu quondam populo jus dixit, & idem
 Interpres Solyma legis in urbe fuit.
 Principis hic munus simul & Pastoris obivit,
 Ipsius & mentem rexit & ora Deus:
 Justificaque fide capiens tua munera Christe,
 Solius est cujus parva cruore salus,
 Verâ luce Deum agnovit, precibusq; vocavit,
 Numinibus vicitis mens inimica fuit,
 Nec virtutum umbras habuit, sed peccata arexit,
 Ipsa Dei vivens adsimilata λόγῳ.
 Urbibus in multis, flavus quas alluit Albis,
 Et quas cœrulei praterit unda salæ,
 Agmina collegit Christum celebrantia: spargens
 Pura Evangelii semina voce sua.
 Fides & ætati venienti testis ut esset
 De Christo: patria publica scripta dedit.
 Hic frater lacrymans Joachimus condidit ossa,
 Vivit in aspectu mens, fruiturque Dei.
 O Deus, Ascaniam stirpem reges, numine serva,
 Nulla venit nobis, te nisi dante, salus.

Aliud ejusdem Melanchthonis.

Ascania stirpis virtus est clara triumphis,
 Ordine quos numerant secula longa patrum.
 Caesar in Adriaco quum gessit litore bellum,
 Et fregit Venetas Maximilianus opes,
 Duxerat Ascaniâ natus de stirpe Rodolphus,
 Fixit & in Veneto multa trophæa solo.
 Nunc ad majorum decora, hæc laus magna,
 Georgi,
 Accedit, vere Principis digna viror:
 Quod sic doctrinam reliquis virtutibus addis,
 Ut verum celebres peccatore & ore Deum:
 Et Christi illustres ingenia munera scriptis:
 Justificâ supplex qua capis ipse fide,
 Exemplo, Esdra populum dum jure gubernas,
 Doctrinæ spargis semina pura simul.
 Summe Deus, solus qui das felicia regna,
 Ascianos fratres, te precor, ipse regas!

Fuit hic Princeps rarissimum à multis seculis exemplum, & verè *ὄντι* ut Apostolus nominat, misericordiæ, & organum Deo placens, in quo præsentia Dei tum in ipsius confessione & virtutibus, tum verò in gubernatione conspecta est: quam Deus evidenter adjuvit. Inter ceteras ecclesiasticæ administrationis partes, singulis annis synodos pastorum suæ dioceseos binas, & in illis latinæ orationes graves & utiles habuit à Melanchthone præscriptas, quæ in ipsius Anhaltini & Melanchthonis operibus, omnium

piorum lectione dignissima, extant. Commendata autem ipsi ecclesiarum illarum cura & inspectio fuit, ab Augusto duce Saxoniarum, Mauritii fratre, cum adolescens octodecim annorum Mersburgensem diocesein post Sigismundi Lindenaji obitum administrandum suscepisset anno quadragesimo quarto supra mille quingentos: ita ut Augustus in politica, Anhaltinus in Ecclesiasticâ gubernatione conjunctis operis præfessent.

Scripta ipsius Anhaltini quæ extant, & eruditionem ipsius & confessionem ostendunt, cum communi ecclesiarum Evangelicarum confessione congruentem; quam pio & gravissimo judicio amplexus, nunquam ab ea discessit, & fanaticis dogmatibus pugnantibus cum ea confessione acerrimè adversatus est. Laudanda est & hæc ejus prudentia & diligentia: quod genere sermonis proprio & perspicuo usus est, ne ambiguitas, ut sæpè fit, gigneret diversas opiniones & dissidia. Erat autem constantiæ vitæ & morum talis: ut verè de eo dici possit, quod de integerrimo Imperatore Marco Antonino scripsit Dion: *ὁμοίῳ δὲ πᾶντων ἐγένετο, ἃ ἐν ᾧ ἐβίη ἡλικίῳ, ἀγαθὸς δὲ ἦν, ἃ ἕλεν ὁ Θεοπίστον εἶχεν*: In omni vitâ sui similis, nec ullâ unquam in re mutatus fuit. Itaque verè fuit vir bonus, nec fictum aut simulatum quicquam habuit. Hæc summa esse bona tum in viris principibus, tum in privatis, sani omnes intelligunt. Elenchus autem librorum est hic: Oratio consolatoria de dicto Christi: Nemo rapit oves meas ex manibus meis, in synodo dioceseos suæ recitata: concio ἐπιδαλάμῳ Torgæ habita in nuptiis Augusti ducis Saxoniarum, & Annæ filie Regis Daniae. Conciones quatuor de utraque specie Sacramenti: in quibus gravissimis argumentis adversariorum objecta diluuntur: Consolatio ad Wolfgangum fratrem in morbo: Conciones duæ de falsis prophetis, & vero usu doctrinæ Christianæ, in quibus errores Mersburgensis Episcopi Sidonii refellit. Conciones ejusdem & scripta omnia, completentia summam veræ doctrinæ, quæ traditur in ecclesiis reformatis, è Germanico in Latinum conversa, & utilibus scriptis ante non editis aucta: Tractatus de ritu Apostolico ordinationis usitata in ecclesiis purioribus, additus ad confessionem Augustanam. Sententia ejusdem de controversis articulis editæ operæ Selneckeri. Hoc etiam fortè non omittendum, cum verè sit ex raro contingentibus. Cum anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, mensis Octob. d. xiv. Augustus Saxoniarum Elector, sacra nuptialia pararet, cum Annâ filia Christiani Regis Daniae: ipse hic Anhaltinus Princeps, & præpositus Magdeburgensis, matrimonii vinculo Principes copulavit, atque concionem illam ἐπιδαλάμῳ, cujus modò meminimus, habuit. Hoc nihil visum est multis magnificentius, in tota illâ pompâ nuptiali: & regina mater sponsæ, filia suæ mirificè de eo fertur gratulata.

Scripta Principis Anhaltini.

M. Anton. elogium.

Scripta Principis Georgii.

Princeps Principes conjuges copulat.

Synodi à Geor. Anh. habita.

Ex præfatione Melanchthonis in V. tomum Lutheri, Chytrai Saxonis, epigrammatis Melanchthonis.

AMBROSIUS MOIBANUS.

©. 1554.
d. 16. Ian.
atq. 60.
Natalis
Moibani.
Pater cal.
coarins.

URatislavia Ambrosius Moibanus nascitur sub annum Christi millesimum quadringentesimum nonagesimum quartum. Patrem habuit calcearium, civem Uratislaviensem. Puer cum esset ingenio hebetiori; nihilominus indefesso studio atque improbo labore, eruditionem sibi comparavit non proletariam: adeo ut etiam facultate extemporali fundendi carmen valeret.

Ingenii de-
fectum
studio sup-
plet.
Industria
ejus & lu-
cubrati-
ones.
Renuncia-
tur magi-
ster.
Et Theol.
Doctor.

Cracovia quidem, quo se uberius ingenii cultus causa contulerat, lucubrations quotidie in multam noctem produxit: ita ut famulo lucernam observare jussu, ipse a libris non surrexerit, sed ad eos obdormierit. Itaque cum in omni disciplinarum genere esset exercitatus; Vienna Austriae artium magister, Wittenbergæ postea, ubi & Philosophiæ Professor aliquantisper egisse dicitur, S. Theologiæ Doctor est renunciatus, anno supra millesimum quingentesimum vicesimo quinto: id quod Lutherus epistola quadam ad Joannem

* Tom. 2.
epist. Luth.
p. 296.
Reformat.
religion.
Vratil.

Hessum hisce * innuit: *Vivit, & redit ad vos D. Moibanus, mi Hesse, à nobis creatus gentilis cum gentibus, in obsequium fratrum & Evangelii.* Eodem anno, Uratislavia templum Elisabethanum, operâ Moibani, qui Hessi consilio Wittenbergâ ad ministerium Uratislaviam avocatus erat, à fermento Pontificio repurgatum est, subiitque munus docendi Moibanus Senatus populique Uratislaviensis voluntate; licet ab episcopo nondum initiatus, anno ætatis suæ trigesimo primo.

Docet ibi
Moibanus.

Iac. à Sal-
za episc.

Cum autem Episcopo Uratislaviensi Jacobo à Salza se sisteret, audiit ab eo hæc verba; *ito, & doceto Evangelium Domini nostri JESU Christi, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti.* Moibanus itaque cum Joanne Hesso, una mente operaque conjuncta, primus ibi ecclesiæ doctrinam emendavit, abusus sustulit, idololatriam & superstitionem abrogavit, atque ordinem ecclesiasticum utilem instituit. Hanc verò ad rem moderatione magna opus fuit, ne vel doctrinæ novitate animi populi offenderentur, vel rituum ecclesiasticorum mutatione Pontificii exasperentur vel regem Ludovicum juvenem in semetipsi concitarent. Quocirca ante omnia doctrinæ fundamenta ex verbo Dei ambo illi, Moibanus & Hesus, jecerunt: Evangelii ac politicæ potestatis discrimen inculcarunt, & quæcumque ceremoniæ Ecclesiasticæ, inviolatâ religione, servari poterant, eas retinuerunt.

Moderatio
Episcopi
Vratil.

Adjuvit emendationis opus Episcopi quoque moderatio, qui, tamen sacerdotum voculis ad vim faciendam sollicitaretur, à violentia tamen abstinuit; ne motus majores suscitarentur. Ferdinandi etiam regis, qui

Ludovico in prælio miserè * interempto, successit, mentem Deus sic flexit: ut contra multorum incitationes, incoactam emendationem non solum non impediret: sed usum ejus ad legitimam usque dijudicationem permitteret. Demandata est etiam Moibano una cum Joanne Morenbergio, scholarum cura & inspectio, quam cum fide & industria obivit, & ipse in scholâ docuit.

Uxorem duxit anno vicesimo quinto, quo & Hesus, ut dictum, proxima die Lunæ post Cantate, quæ tunc dies decima quinta Maji, & nuptias celebravit Suidnicii cum Anna virgine ex Bonicorum familia oriunda. Ex hac filium natu maximum Joannem medicum doctissimum, pictorem etiam peritum, reliquit: qui multos Galeni locos dextrè emendavit, & eruditè explicavit. Augustæ, cum magna rei literariæ jacturâ, mors immatura eum eripuit; ut * ahb. dicemus.

Vixit Moibanus eo in officio annis undetriginta, cum fide, ac diligentia & industria famâ, obiitque diem suum Uratislavia, anno Christi, millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, die decimo sexto Januarii, ætatis suæ anno sexagesimo, ibidem in æde Elisabethana honorificè sepultus: cum effigie sua ad parietem & insignibus. Orationem de ipso habuit M. Joann. Scultetus, qui ei successit. Fuit vir insignis pietate, doctrinâ, & ingenii moderatione: charus Luthero, Melanchthoni, Camerario, & aliis ejus ætatis viris piis ac doctis. Conciones ejus Dialecticæ fuerunt & methodicæ, cum Hessi magis essent Rhetoricæ & oratoriæ. De his est Carchesi epigramma tale:

Moibani cum Hesso comparatio.

*Nascitur in lingua Graiis facundia: quidam
Dixerat; aut itali corda diserta gerunt.
Sic mihi judicium si fas est edere nostrum:
Hessum lingua juvat: cor Moibanus habet.*

Cum aliquando in convivio (licet ipse conviviis rarissimè interesset) Georgius Logus Canonicus Uratislaviensis, genere nobilis, genus suum ab ipso Achille deduceret: Moibanus, hominis absurda arrogantia offensus, cum alioqui mordere alios non soleret: *Est sane, inquit, ut dicis, Logorum familia vetusta, nam & Terentio logi noti sunt.*

Exstant ab eo elucubrata hæc, liber Germanicus, *an communitio infantum, quæ apud quosdam servatur, probetur ecclesiæ:* adjunctus ei est libellus Melanchthonis de officio Principis, cui Moibanus hos præscripsit versiculos, ad pium lectorem:

*Principis officium depingere nemo Philippi
Crede potest melius, quam bene docta manus.
Principis est verum cultum defendere Christi,
Et servare scholas, atque alere ingenia.*

*Catechismi capita decem, primùm quibusdam
thematis, deinde etiam colloquiis puerilibus
illustrata ad Joannem F. una cum orationcula
Latina*

* A. 1516
d. 29. Aug.
atq. 20.

Inspect.
schola Moib.
ban.

Matrimo-
nium ejus.

Joan. Moib.
ban. filius.

* In vitæ
med. Germ.

Obitus
Moib.

Joan. Scul-
tetus
Elogium
Moibani.

Conciones
Moibani
quales.

Hessi &
Moib. com-
paratio.

Georgii
Logi ju-
stantia
reprehensio
locus Moib.
bani.

Scripta.

Moibani
carmen.

Buce dit
Henning
Gaden
Witem

Latina puellæ cujusdam, de *nativitate Jesu Christi* publicè dicta: cui præfationem Melanchthon præfixit. *Epistola gratulatoria ad Balthasarum à Promnitz Episcopum Uratisl.* cum epistola *Melanchthonis* ad eundem. *Enarratio Germanica Psalmi vicesimi noni* de voce Dei, cum præfatione * Lutheri anno *trigesimo sexto*. Inseta est illi concioni historia ruinae tecti turris Elisabethanæ, & adjecta alia de horrenda tempestate Olsnensi, anno *trigesimo quinto*. Cæterum ut hoc *waghezwes* adamus, fastigium illud turris, altum cubitos *centum & novendecim*, corruit in vigilia *Matthie* Apostoli, hora secunda noctis citra damnum civium circumcirca habitantium, anno Christi *millesimo quingentesimo vicesimo nono*. Depicta videtur historia in illa æde cum hac subscriptione:

Mirabilis in altis Dominus.

*Collapsa est turris Syloë madefacta cruore,
Pyramide hac nostra, nemo, cadente, perit.
Nam jussu Domini exceptam, cui gloria soli,
Angelica molem deposuere manus.*

Scripta est etiam à *Moibano* explicatio mandati Christi *Marci 16*. *Ita in mundum univsum*: cui itidem præfationem Lutherus præmilit. Atque hæc de *Moibano* ex *Dresseri chron.* *Curæ annalibus*: *D. Sculteti* decade 1. *annal. ecclesiasticorum*, *Mel. Laubani M. S. collect.* *Gesneri bibliotheca*, aliis.

JUSTUS JONAS.

NOrthusa*, imperiali *Cheruscorum* oppido, *Iustus Jonas* in lucem editus est, anno Christi, *millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio*, die quinto Junii, triente horæ post quintam matutinam. Pater ei fuit vir honestus, consul ejus oppidi, qui cum peste esset correptus; & cepe abscelsum impositum* removisset; idque in scamno deposuisset, supervenit hic *Iustus* filiolus, admodum puer, & cepe totum avidè devoravit; citra tamen ullam contagionem. Ita servatus primis literarum elementis in patriæ ludo imbutus est, exinde ad scholam publicam missus juri civili se dedit, in quo & progressus fecit non penitendos. Verùm consilio postea mutato, ex consulto humani juris, factus est sacre Theologiæ, quæ divini juris magistra, doctor clarissimus.

Inciderunt autem studia ejus Theologica in ipsa initia mutatae religionis: fuitque *Jonas* hic non tantum auditor & spectator; sed etiam actor approbatorve eorum, quæ in religionis negotio tunc gesta. Sub annum Christi *millesimum quingentesimum vicesimum primum*, mortuo *Henningo Gaden* JCo celeberrimo, reique ecclesiasticæ in collegio omnium sanctorum *Wittembergæ* præposito, *Jonas*, in locum ejus est surrogatus, doctorque Theologiæ die decimo quarto Octobris ejusdem anni renunciatus. Ubi, cum varia

exorirentur quaestiones, præsertim super *missâ privatâ*, & ejus abrogatione, ac Princeps Elector Saxoniz, ne ea res motus excitaret majores, metueret, ipse cum collegis ac delectis Electori rationem ejus rei reddidit, utque in ipsorum facto, quamvis tunc insolenti & periculoso, Princeps acquiesceret, effecit.

Interfuit etiam postea plerisque omnibus, qui religionis causa instituti, conventibus, suoque loco, & veritatem tueri, & pacem stabilire, si qua posset, prudenter annisus est. Nam cum sacrarum literarum petitus, & juris etiam civilis non planè hospes esset, negocia ecclesiastica, quibus politica sæpè immixta, dexterius aliis administravit. Itaque anno *undetrigesimo*, cum *Luthero* & *Melanchthone* ad colloquium *Marpurgi* indictum venit, & anno sequenti in celeberrimis illis comitiis Augustæ celebratis cum eodem *Melanchthone* adfuit, & negocium religionis adjuvit.

Cæterum cum non solum *Wittembergæ* ecclesiæ pastor; sed in Academia ibidem professor esset ordinatus, sacras literas publicè docuit, ac magistratus scholasticos, ut moris, gessit. Itaque ipso Decano ac promotore anno *trigesimo tertio*, supra *millesimum quingentesimum*, die *decimo octavo Junii* Doctoratus Theologiæ honores contulit celeberrimis viris, & benè de ecclesia meritis, *Cassaro Crugigero* Academiae tunc Rectori, *Joanni Bugenhagio* Pomerano, & *Joanni Epino* Ecclesiæ *Hamburgensis* Pastori. Fuit panegyris ista verè augusta, quam & ipse Elector Saxoniz *Ioannes Fridericus*, præsentia sua ornavit, & non sine voluptate *Iustum Ionam** perorantem audivit. Anno deinde *millesimo quingentesimo trigesimo nono*, cum *Henricus* Dux Saxoniz; qui puriorem Evangelii doctrinam amplexus, & in sædus *Smalcaldicum* receptus erat; gubernationem ditionum *Georgii* in *Misnia* & *Thuringiâ* adisset: statim Ecclesias de *Lutheri* & collegarum ipsius consilio emendavit. Ac initium quidem emendationis *Lutherus* ipse, habita die *Pentecostes Lipsiæ* concione prima, fecit: visitationem autem ecclesiarum, theologis, à *J. Friderico* Electore missis, *Georgio Spalatino*, *Iusto* *Jonæ*, *Nicolao Amoldorio* commendavit: qui doctrinæ normam esse librum verbi divini, & inde deductos *Augustanæ* confessionis articulos voluerunt. Ritus verò veteres omnes, qui sine manifesta impietate tolerari potuerunt, ac in his usitatas ecclesiæ in *missâ* cantiones, *Introitus*, *Kyria*, *gloria in excelsis collectas*, lectiones epistolarum & Evangeliorum, Symbolum, præfationem, sanctus, solo canone excepto elevationem etiam & ceteros, vestitum etiam sacerdotum retinuerunt.

Eodem anno *Albertus*, Archiepiscopus *Magdeburgensis*, subditis, civitatibus, & nobilitati, publicum veræ Evangelii doctrinæ exercitium in *Magdenburg*. & *Halberstadiensi*

Interest
conventib.
Theologor.

Promovet
Doctores
Theol.

* Oratio
exstitit s. l.
Declam.
Melanchth.
Henricus
Dux Sax.

Reformas
ecclesiæ
opera *Jonæ*.

Ritus qui
relict.

Albertus,
Archiepif.
Magdeb.

Balthasar
à Prom-
nitz.

* Tom. 6.
operum
Luth. lcn.

Ruina fa-
stigi tur-
ris Elisab.
Vratisl.

1555.
d. 9. Obob.

atq. 30.
curr.

* Chytr.
l. 18.

Sax. Mil.
bustanum
facit.

Natalis
Jonæ.

* Georg.
Weinrich.
Geistliger
Schiff.
Stoppf.
F. 51.

Juri civili
se dedit.

Mutat ge-
nu studiu-
rum.

Successit
Henningo
Gaden
Wittemb.

diocesi liberè permittit, collegiis tamen canonicorum & cœnobiiis in pristino statu relictiis. Archiepiscopo autem Moguntiam migrante, senatus in salinis Saxonis, ubi aulæ sedem hæcenus habuerat: Justum Jonam Ecclesiarum urbis suæ inspectioni præfecit. Wittembergâ itaque relicta Halæ Saxonum Evangelii doctrinam adseruit ac propagavit.

Ibi dum agit, non solum illi Ecclesiæ præfuit profuitque, sed etiam in consilium adhibitus ab aliis est, quibus vir publici commodi amatissimus nunquam defuit. Ulus est etiam Jonæ ibi hospitio Lutherus, & tum aliàs, tum postremo suo itinere, anno millesimo, quingentesimo, quadagesimo sexto ad eum divertit, & comitem Islebiium usque sibi Jonam adscivit non sine periculo in flumine. Tandem Deo ad exitum vitæ Lutherum Islebii vocante, Lutherus in Jonæ veluti sinu animam Deo commendatam reddidit. Postea aliquantisper etiam in aula Ducum Saxonie commoratus est, atque in acerrimis tempestatibus comes constantissimus fuit filiorum, magni illius Principis, electoris Joannis Friderici. Præfectus denique Ecclesiæ in oppido Eisfeldiæ, in Thuringiæ & Franconia finibus, Francicarum ecclesiarum in Principatu Coburgensi inspector constitutus: curriculum ibi vitæ suæ placidè absolvit, anno Christi millesimo, quingentesimo, quinquagesimo quinto, die nono Octobris, cum annos haberet sexaginta tres. Mortem ejus graviter tulerunt viri docti ac pii, de quibus Philippus Melancthon, amicus ejus præcipuus, Joannes Stigelius, Camerarius, Adamus Sibertus, qui tale ei monumentum posuit:

*Sepulcri venerare marmor hujus,
Quo Jonas cubat ille Justus: ingens
Musarum decus: eruditioris
Sincerus pietatis & magister.
Hunc Northusa dedit, docentis ora
Est miratus & approbavit ipse
Lutherus: dolet ac gemit paterque
Albis, Sala paterque: flent ademptum
Omnes judicii elegantioris,
Et bonique viri, piique: celo
Ille, colloquio Dei, receptus,
Et Christi fruitur beatus ore.*

Vir hic fuit summi ingenii, summæ industriæ, summa cum pietate vitæque innocentia: Lutheri, dum vixit, & post mortem ejus fidelissimus eique carissimus. In agone accidit eloquentissimo & piissimo viro, ut animo esset admodum pusillo, & solatii fere nullius capaci. Itaque famulus partim consolando partim increpando cum erexit & animavit. Atque ita in luctâ ista tandem vicit Spiritus sancti auxilio.

Amicos habuit viros suâ ætate claros plerosque omnes: & extant ad ipsum aliquot Erasmi Roterodami epistolæ, nomine Iodoci Coci & Iodoci Ione, inprimis autem intima ei cum Luthero intercessit familiaritas. Itaque ut diximus, hospitio ejus usus est Lutherus, quoties Halæ Saxonum transfret. Aliquando

ergo, cum eo venisset, & hospitio à Jona exceptus esset: Lutherus sub mensam ex eleganti vitro ei propinavit, addito hoc ex tempore disticho:

Dat vitrum vitreo Jona vitrum ipse Lutherus:

Ut vitro fragili similem se noscat uterque.

Edita à Justo Jona sunt hæc: *Defensio pro conjugio sacerdotali*, adversus Joannem Fabricum, scortationis patronum: *Oratio de studiis Theologicis*: *Annotationes in acta Apostolorum*: *De missa privata & unctioe sacerdotum* Martini Lutheri libellus ab ipso è Germanico in Latinum translatus: *Enarrationes* item *Lutheri in Jonam Prophetam* ab eodem translata. Sic Lutheri librum *de Judæis* & eorum mendaciis Latinum fecit: *De morte Lutheri* etiam scripsit contra Wicelium.

Curriculum denique vitæ ejus Joannes Steigelius hæc elegis circumscriptè delineavit:

Nomen erat Justo: cognomen nobile Jone:

Cura evangelium grata docere mihi.

Urbs Hiera primum musas me fovit amantem,

Mox clarum eloquii viribus Albis amat.

Addictum celebri dum me videt ille Luthero,

Ingenio merui nomen habere meo.

Hinc justa ad celebres egit me causa Salinas,

Doctorem excepit Francia lata senem.

Et docui, & vixi, monuit velut ante Lutherus:

Pectore salvificam passus & ore fidem.

Grata meos legit cineres Esveldia: morrem

Ante homines obii: vivo sed ante Deum.

Atque hæc de Justo Jona collecta ex Sleidani commentariis: Chytrai Saxonia, vita Melancthonis à Camerario descripta, consiliis Theologicis Melancthonis, Reusneri iconibus.

CONRADVS PELLICANVS.

Plis & honestis parentibus Rubeaci, natus est Conradus Pellicanus, anno Christi millesimo, quadringentesimo, septuagesimo octavo, die Januarii octavo, aut circiter. Pater ei fuit Conradus Kürsiner, oriundus ex oppido Sueviæ imperiali, ad Hercyniam aut nigram, ut vocant, sylvam, Wyl dicto: mater Elisabetha Galla, civis Rubeacensis, municipii ecclesiæ & episcopatus Argentinenfis, in superiori Mundato. Avus paternus etiam fuit dictus Conradus Kürsiner, ab opificio & gente. Avus maternus Joannes Gallus, plurium liberorum parens; qui ad unum omnes peste extincti, præter filiam Elisabetham, matrem Pellicani, & Iodocum Gallum ejusdem avunculum.

Istum Iodocum sub annum millesimum, quadringentesimum, quinquagesimum nonum, natum, circa annum ætatis suæ decimum tertium, cum magnæ spei esset, Minores, in suo monasterio Rubeaci custodierunt pestilenti à lue. Post discipulus Wimpelingi & Ludovici Frisii, iud

*Evocatur
Halam
Saxonum
Ione.*

*Ejus hospiti-
tio usus
Lutherus.
Adi Lu-
theri vi-
tam.*

*Adest Lu-
thero mo-
rienti.*

*Agit in
aulâ Du-
cum Sa-
xon.
Præficitur
ecclesiæ
Eisfeld.
Vbi mo-
ritur.*

*Epitaphiū
à Sibero.*

*Tom. 2. ep.
Luther.
p. 246.
Jonas vir
is est: quem
oporsuit
multo præ-
cio emtum
& serva-
rum in
terra.
Tentatio
ejus in a-
gone.*

*Amici
Ione.*

*Lutheri
distichon
ad Ionam*

*Scripta
Ione.*

*Joann.
Stigelii
epigram-
ma de Ionæ*

*Leonhardi
Pellicani*

*Obitus
Pallanti
Spangeli*

*Epitaphi-
um.*

*1556.
d. 5. Aprilis
ipso Pellicani
atq. 78.*

*Conrad.
Kürsiner
pater Pel-
licani.*

*Leonhardi
Pellicani
obitus.*

*Joan. Gallus
avunculus
maternus*

*Iodocum
Gallum
avunculum*

*Præcepto-
res Iodoci
Galli.*

*Stephani
Kleger præ-
cepto-
tor Pellicani.*

*Basilien-
missus.
Inde Ha-
delb. Re-
genspur-*

*Regit B.
sam no-
Gallus.*

*Theol.
Baccala-
r. Licer-
tatis
creatur
Cognom-
Pellicani
unde.*

*Leonhardi
Pellicani*

*Obitus
Pallanti
Spangeli*

*Epitaphi-
um.*

*Leonhardi
Pellicani
obitus.*

Basileam missus.
Inde Haidelbergam. Re-
gensburg.
 sub iis *Selestadii* non parum profecit, postea missus est à Franciscanis *Basileam*: ut studia sua prosequeretur; sequentibus annis *Haidelbergam* promotus per eosdem, & commendatus est honesto & opulento viro *Regensburgero*, Franciscanorum procuratori. Ibi sic profecit studio liberalium disciplinarum deditus, ut una cum duobus filiis hospitis sui æqualibus magisterii laurea fuerit ornatus. Mox coopertus in collegium Universitatis, præfectus est officio regendi *Bursam*, ut vocabant *novam*. Homo laboriosus, diligens, eloquentiæ dedit operam sub *Rodolpho Agricola*, qui tunc *Haidelbergæ* agebat, ubi & mortuus apud Minoritas sepultus visitur. Promotus est ille *Gallus* successu temporis in *Theologia Baccalaureum & Licentiatum*: atque aliquoties Rector Universitatis creatus. Causa verò cognominis *Pellicani* mutati hæc fuit. Cum eo tempore, quo matriculæ, Academiæ *Haidelbergenfis*, à Doctore *Fallante* Rectore inscribendus cognomen adjicere deberet familiæ *Kürsiner*, adfuit *Iodocus* ille *Gallus* avunculus, ac dixit, *tu non pellicio es; neque pellicionis filius; non igitur pellicio cognominaberis, sed potius Pellicanus*: atque sic inscriptum invenitur illic, anno *millesimo, quadringentesimo primo*, in Principio Maij. Hic Doctor *Pallas*, in exsequiis *D. Margarethæ* uxoris *Philippi* Palatini, orationem habuit funebrem, postea typis mandatam, cum carmine quodam ejusdem ducissæ, matris multorum Ducum, composito à fratre *Pellicani Leonhardo*. Cujus tetraſtichon etiam extat inter *Wimphelingii* discipulos, in libello *de instituenda juventute*, aliquoties excuso. Doctor *Pallas Spangel* obiit anno *millesimo, quingentesimo duodecimo*, die *decimo septimo* Julij, ad Spiritus sancti sepultus, cum tali epitaphio Latino & Germanico:

*Consilio pollens, largus rerum, ore disertus,
 Doctor erat Pallas, hac tumulatus humo.*
 Du Pallas wast geschuecht und wert/
 Treu/ fromm/ gerecht/ und hoch gelehrt/
 Nigener Nutz dich nye hat genehrt/
 Die Kirch und Hochschul hast gemehrt/
 Dyn hab und gut all dran gefehrt/
 Sie wahren beyd din wohl geehrt/
 O Herz: hilff das er sey gewert/
 Vnd ihm mit glighen wert beschert/
 Dyn Reich/ das er herzlich begert.

Leonhardi Pellicani obiit.
Leonhardus autem ille *Pellicanus*, natu minor, anno *millesimo, quingentesimo primo*, cum patre, & aliis fratribus, & sororibus ejus, peste extinctus est. Mater vidua vixit *viginti septem* annis, cum unica filia, sorore ejusdem *Elisabetha*, quæ nupsit *Theobaldo Wolffhario*, qui consul & quæstor multis annis *Rubeaci* fuit, & ex ea duos filios sustulit, *Conradum Lycosthenem* ex scriptis notum, & *Theobaldum*.

Stephanus Klegger primus prætor Pellicani.
Conradus autem *Pellicanus* anno *millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto* cepit scholam frequentare, sub modesto & fideli magistro *Stephano Kleggero* *Tigurino*, qui pri-

mus ei præceptor obvenit, humaniter cum tractavit, & fecit ut amaret literas & studia. Sed cum paucos post annos *Basileam* vocaretur, successit ei *Michael Klet* Suevus, Baccalaureus *Tubingensis*, ex primis ibidem post institutum *Gymnasium* promotus, homo avarus, iracundus, morosus: sed in instituendis pueris valde diligens. Sub eo dedit operam *Donato, Alexandro Gallo & Petro Hispano* in primo & quarto tractatu, & in *suppositionibus & appellationibus Marsilianis*, in quibus præ aliis quidem supparibus profecit; sed magnis laboribus & terroribus. Cogebatur scribere omnia quæ audiebat, codices enim illi, nondum typis evulgati extabant. Eodem anno peste decubuit aliquot septimanis, quo & eclipsis solis fuit totalis: quam pauci quidam præciverant ex *Calendario Joannis de monte Regio*, & quosdam præmonuerant, alii verò vehementer perturbati sunt, existimantes mundi finem advenisse, quia simile nihil antea viderant. Illo ipso tempore milites ex *Flandria* reversi, multa nova introduxerunt, nempe variegatas caligas, obtusos calceos, qui antea acuti gestabantur, à viris & mulieribus, simul quoque novum sandaliorum genus obtusum, quod vocabant *Pantofflen* / quibus suos etiam parentes uti contempserunt, ommissis paulatim calopodiis, *Holtsehuh* dictis: quæ quidem novitates interim immensum creverunt. Nemo antea viderat picturatas & tessellatas vestes, sarctores tum artem farciendi hujusmodi discere fuerunt coacti.

Anno Domini *millesimo quadringentesimo nonagesimo primo*, cum pestis remississet, quæ *Haidelbergæ* grassata studiosos *Bursæ* novæ ad oppidum *Heidesheim* ejecerat, cum jam annos *tredecim* complevisset, vocatus à *Iodoco Gallo* avunculo, venit *Haidelbergam*, comitante ipsum patre. Ibi præter ordinarias lectiones, etiam audivit à Doctore *Joanne Vignilio*, dicto *wackher* / *Rhetoricam* ad *Herenium*, ab *Adamo Wernero* Themarenti poeta, *Juvenalem, Horatium, Statii Achilleidem, & Ovidium de nuce*, à Magistro *Joanne Stocker*, *Joannem de Magistris in Aristotelis Logicam*, & Verforem in *Petrum Hispanum* in *Bursa* cum aliis audivit, idque ad menses sedecim: quibus finitis, avunculus forsitan ob expensas, quas tum non paucas sustinebat, remisit eum in patriam mense Septembri, anno *millesimo, quadringentesimo nonagesimo secundo*. Spiram ibi tum transiens, aliquot diebus *Jacobi Wimphelingi* hospitio usus fuit.

Donum reversus apud pauperes parentes vixit, & Ludimagistro dudum suo, in schola gratis auxilio fuit: sæpenumero monasterium ingressus commodatò libros accepit. Agens jam annum *decimum quintum* sollicitatus est à fratribus, ut ordinem assumeret, quibus tandem anno *decimo sexto* ætatis est assensus, parentibus ignorantibus, vel dissimulantibus, vel superstitionem, quæ tum erat maxima, & quia non habebant, unde ipsum alerent.

Ineunte igitur anno *millesimo, quadringentesimo*

Studia pueritia.

Peste corripitur Pellicanus Eclipsis solis anno 1484. totalis.

Vestitus novus in German. inventus.

Venit Haidelb. Pellicanus.

Vita monastica se mancipat.

tesimo nonagesimo tertio, assumtus in ordinem *Minorum*, volens quidem, quia aliud vivendi genus non offerebatur, ob parentum pauperiem; ipso die conversionis Pauli, habitu est indutus cum magnâ fratrum lætitia, qui eum humaniter tractarunt, & religiosè instituerunt, pro more religionis suæ, in his quæ ceremonias & disciplinam monasticam attinebant. Hoc anno *Iodocus Gallus* Heidelbergâ *Rubeacum* venit, ægrè ferens *Pellicanum* monachum factum, cujus se sciebat fuisse occasionem, rogabat, ut si non valdè placeret hoc institutum, exiret denuò, adhuc novitius, id recusavit ille, eò quod erubesceret famam exuti monachismi. *Velle se*, dicebat, *Deo servire in eo statu, quem arbitraretur ipsi placere, in quo & ipse speraret salvari.* Respondit avunculus; *permitto lubens pro me monachus ut sis, sed non ut pro me beatificeris in cælis.* Postea rediens *Haidelbergam*, translatus *Steinacum* oppidum, parochus ibi fuit & delectus à consiliis *Philippo* Palatino, & nobilibus ibidem.

Circa finem anni probationis, correptus est peste, quod cum *Gardianus* intellexisset, statim ei sanguinem minuendum curavit, ita præter omnium spem ex morbo recreatus, professionem fecit in manus honestissimi patris *Casparis Bruni* pro more ordinis. Anno millesimo, *quadragesimo, nonagesimo quarto* contigit ei statim novus Præceptor, *Ioannes Alzingerus* Landshutensis, qui ipsi & discipulis prælegit textum *tertiæ sententiarum P. Lombardi*, & *centilogium Bonaventuræ*. Eodem anno ordinatus est *Acoluthus Basileæ* mense Septembri, à suffraganeo seniore *Tripolitano*: post *Lucia* angariam itidem *subdiaconus* salutatus ab eodem. Anno *nonagesimo quinto* supra *millesimum quadragesimum* congregatio *Vlmæ* celebrata est, cui *Caspar Walerus* provincialis vicarius præfuit. Is *Haidelbergæ* multis annis præco eximius fuit, singularis *Iodoci Galli* amicus, à quo rogatus est: ut *Pellicanum* suum ad *Tübingensem* Academiam transferret, quæ celebris erat, id quod ille se prima occasione facturum promisit.

Proinde anno *millesimo, quadragesimo nonagesimo sexto* mense Martio, *Tübingam* eum studiorum causa misit, *Guardiano*, & lectori viro doctissimo probissimoque *Paulo Scriptoris* commendavit, qui *Wila Suevorum* & ipse natus fuit. Hic suo Marte didicerat artes liberales omnes, ut eas quoque prælegeret doctioribus de *Universitate*, quibus erat miraculo ob ingenium. Erat acutissimus *Scotista*, auditor olim *Stephani Bruliferi* Parisiensis Doctoris. Habebat quotidie auditores, non solum ex secularibus magistris multos, inter quos ingeniosissimus erat *Thomas Vuitenbach* Helvetius Bielenis, postea Doctor, & Evangelii præco, tunc *Suicerus* dictus, & *Paulus Wolffius* monachus *Schütternus*, qui exuto cucullo, *Argentorati* Evangelium docuit; *Ioannes Mantel* Augustinianus, mox Doctor plurima passus, tandem Evange-

licus prædicator in ditione *Tigurina* obiit *Elgovvia* anno *millesimo quingentesimo trigesimo*. Quin & totius monasterii Augustiniani fratres docti, quotidie *Tübingæ* veniebant ad audiendum Scotum à *Paulo*, quibus præerat prior *Ioannes Stupitius*, postea Doctor, & *Lutheri Mœcenas*. Sed & *Cosmographiam Ptolomæi* prælegens, omnes ferè doctores & cæteros magistros habuit auditores, & fratres doctos multos, cum quibus non parum *Pellicanus* profecit. Docuit quoque *Monachos Bebenhusii* compositionem *Astrolabii*, *Pellicano* socio assumpto, ut ipse quoque præ aliis hac in parte profecerit. Postea tamen Magistros & Fratres omnes, usum illius *Astrolabii* docuit. Anno *millesimo quadragesimo nonagesimo septimo* prælegit quoque familiariter quatuor vel quinque libros *Euclidis*. Scripsit tum quoque *explicationem Scoti* in primum sententiarum, quæ postea impressa fuit: exempla scripsit *Pellicanus* sua manu, ipso dictante. Erat is vir dextro ingenio & liberali, & satis audaci ad veritatis confessionem, eximius prædicator non tamen ordinatus, quia *Guardianus*: verum evocabatur crebrò à doctis sacerdotibus, qui tunc erant in *Rütlingen*, ubi in magnis solennitatibus prædicabat, sic quoque in oppido *Horvva*; ubi vehementer pro istis temporibus prædicans, quosdam articulos asseverabat, & scripturis firmiter probabat, veluti de *sacramentis, indulgentiis, votis*, & aliis, qui postea dicti sunt *Lutherani*, propter quod & fama perveniens ad Theologos *Tübingenses*, tam invisum eum reddidit *Universitati*, ut deliberarent de inquisitore hæreticæ pravitatis accersendo contra eum, unde & accusatus apud provincialem, & fratribus subditis exolus, tandem ab officio remotus est *Lectoratus* & *Guardionatus*. Dum hæc geruntur per annos ferè sex, contigit, ut anno *millesimo quadragesimo nonagesimo nono*, *Paulus* ille evocaretur ad generalem *Vicarium* ordinis, *Franciscum Sagarram*, Hispanum, virum doctum, in *Alsatiam*. Assumpto igitur more suo comite *Pellicano*, qui erat laborum tolerans & in victu frugalis, mense Augusto perlustratis aliquam multis monasteriis, ad *Tabernas* descenderunt. Inde non invento ibi generali illo ordinis, *Basileam* abierunt: ubi intellexerunt ipsam *Friburgum* *Brisgoiæ* contendisse ad Imperatorem *Maximilianum*, tractantem de pace firmanda cum *Helvetiis*, quibus bellum intulerat. Indixerat ille generalis *Oppenheimii* quorundam patrum conventum, inter quos *Paulus Scriptoris*, quoque evocatus erat. Igitur cum *Gardiano* *Basilien-si* descendentes pervenerunt *Wyssenburgum*, & in alia oppida. Comitum autem in itinere permutatione, quia multi erant, factum est; ut jungeretur ipse comes cuidam patri *Paulo Pfedersheimero* insigni prædicatori, qui ex *Judæis* conversus *Moguntia* dudum & Magister in artibus promotus, Minorita postea factus, & celebris erat, vocatus & ipse ad conventum *Oppenheimensem*: illi in itinere significavit, *si grassasse se à puero desiderio discenda Hebraica lingua,*

Id agro
fert a-
vunculus.

Ordines
suscipit
Pellicanus

Tübingam
mittitur
Pellicanus
Paulus
Scriptoris.
Is suo
Martio ar-
tes didicit.

Ioan. Sij
picius.

Prælegit
Euclidem
Scriptor.

Scruti
contra
diaos.
Stella
Messia.

Idem Scri-
ptor excol-
ob veri-
tatem ad-
te Luthe-
Remo ut-
tur ab of-
ficio.

Vocatur
ad genera-
lem vicar-
riam.

Paulus
Pfeders-
heimer.
Pellicanus
à puero
Hebrae
lingua
amant,
& cur.

Reale Pfo
a. 1711

lingua, idque hac occasione: cum puer undecim annorum inter pueros audisset quendam Doctorem Theologum disputantem cum Judæo Christiana fide, confusum fuisse respondendo, non solum à Judæo: sed & à Judæa, vehementer obstupuisse & doluisse, non sine quodam conscientia scandalo, quod fides Christiana non solidioribus argumentis fulciretur, sed talibus, quæ possent à Judæis contra doctos Theologos convelli. Minoritatem factum, cum quotidie audiret & legeret sacra in choro & mensa, conjungens interpretationem Lyranam, didicisse non tam clara esse mysteria Scriptura, nec omnibus tam certa: quin multi super ea multa inferrent & varia: quando Lyranum audisset alicubi dissentire à divo Hieronymo, probare alicubi expositionem R. Salomonis contra Augustinum & Paulum Burgensem Neophytum improbare Lyranum. Hac audientem & Prophetarum oracula nondum intelligentem & sapius allegatam Hebraicam veritatem, contra translationem vulgatam, alicubi quoque translationem Chaldaicam Onkeli vel Jonatha, intelligentem nostrati consentire, vel ab ea discrepare, simul quoque legentem Pauli Burgenis scrutinium contra Judæos, & Petrum Nigrum plurima adducentem ex Hebraeorum scriptis, in libro quem stellam Messiaë inscripsit: hæc, inquam, omnia audita, visa, lecta, puerum se & deinde adolescentem ad discenda Hebræa sollicitasse, si qua occurrissent vel membrana, quibus codices compingebantur. Nec tamen sibi usque in eum diem occurrisset aliquam opportunitatem discendi Hebræa, ex quibus desumenda tamen esset dubiorum in veteri Testamento intelligentia, sicut ex Græcis in novo. Tale eorum fuit colloquium, cum iter facerent, inter Dürcken & Wormatiam. Ad quæ Paulus ille responderit: jam nunc accedimus Moguntiam, ubi olim codices Hebræicos patri meo sublato, cum Christianus sicerem relicto, tibi transmittam, si volueris desiderio tuo tam sancto satisfacere; & huic studio te consecrare: cui Pellicanus, si mihi, inquit, libros illos sacros tradideris, scio ego modum, quo meo Marte ut spero, eos legere & interpretari possim. Cogitavit enim de libro, qui stella Messiaë inscribitur, quem in Bibliotheca Rubeaquensi viderat. Promisit ergo vir bonus librum ubi Moguntiam pervenissent traditurum.

Primum autem Oppenheimium ingressi, ubi coacti fuerunt præcipui provinciæ patres in tractu Rhenano & Sueviæ: consilio habito Prælati inter se, Moguntiam descenderunt, inter quos Pellicani Gardianus & Præceptor Paulus Scriptoris, cum altero illo Paulo converso Judæo. Cateri fratres illorum comites, aliquot diebus substiterunt Oppenheimii & retrogressi bini ad loca propinqua, ne gravaretur conventus, se contulerunt. Sic ergo cum comite quodam ipse Heidelbergam rediit Pforzheimium, ibi expe-

ctaturus suum præceptorem: qui subsecuturus erat expeditis rebus Moguntia cum Gardiano Pfortzensi. Commendarat autem diligenter abeunti Moguntiam illi patri; ut commonefaceret Paulum Neophytum, de transmittendo libro Hebraico. Post aliquot dies venit Paulus Scriptoris afferens magnum codicem, quem gestarat humeris Moguntia Pforzheimium usque; ut studiis ejus gratificaretur, quæ valdè probabat. Nam ipse quoque jam ante rudimenta linguæ Græcæ didicerat à Reuchlino; tantosque in illa progressus fecerat: ut epistolam Græcam mediocriter scriberet. Nihil in eum usque diem Pellicano acciderat gratius; quàm ubi illum codicem satis grandem Hebraicum accepit. Fuit autem volumem membrana perscriptum, elegantissimo charactere, cum Mossoreth tantæ magnitudinis; ut pelli vitulinæ par esset; habuitque ternas columnas à facie una, non tantum duas; ut vulgò scribuntur libri. Inscriptus autem textus Jesaia Prophetæ, Ezechielis quoque, & duodecim prophetarum minorum; additus ab initio fuerat & Jeremias, more occidentalium codicum, sed direptus à manu infideli. Ideo autem præmissus fuerat Germanorum more, Jesaia Prophetæ, quod stylo facilius esset, quàm Jesaia. Illum ergo codicem suis humeris etiam Tubingam usque bonus ille vir bajulavit; ut cum in via expeditius sequi Pellicanus possit. Reversus Tubingam sub initium Septembris, statim adiit Conradum Sumerhartum, Academiae Tubingensis tunc Rectorem, principem Doctorum, ordinarium Theologorum, cumque rogavit: ut Petri Nigri stellam Messiaë commodatò daret; quod cum faciliè ab illo impetrasset, cepit conferre primum & secundum caput Jesaia, quod præmisit totius libri disputationi. Ibi legens Hebraica verba Latinis literis expressa, Hazon Jeshachahu ben Amotz; cum haberent singulæ dictiones subscriptam interpretationem Latinam, puta, visio Jesaia, filii Amotz: intellexit Hebraico codice applicato & collato, in dictione Hazon primam literam esse H. subjectum punctum esse a, sequentem literam Z, vel S, tertiam o, ultimam n, & sic deinceps. Accedebat etiam usui & votis ejus in fine adjunctus modus legendi Hebræa, cum literis & punctis, earumque potestatibus. Hoc ergo modo profecit in lectione Hebraica nonnihil: statimque processit ad intelligentiæ studium hoc modo; assignavit in charta Hebraicorum nominum interpretationes, nempe Hazon significare visionem, ben filium, hasa vidit: deinde nominum & verborum characteres depinxit; simul ascribendo significationem. Absolutis duobus capitibus, aliqua cum interpretatione Hieronymi contulit: Postea idem fecit in aliis prophetis.

Interea oblata ei est tertia pars Psalterii, à

R

primo

Liber Hebraicus Pellicano Moguntia allatus.

Paul. Scriptoris Græcæ doctus.

Conradus Sumerhart.

Pellicanus quomodo suo Marte Hebræa didicerit.

Scrutinium contra Iudæos. Stella Messia.

Rediit Pforzheimium.

*Dictiona-
rium He-
braicum;
conficit
Pellic.*

*Labores
Pellic. in
claustr.*

*J. Capnio
Pellicani
in Hebrai-
cis iuratus.*

*Ulmam
abis.
Joann. Be-
ham.
Hebraicè
doctum.*

primo usque ad quinquagesimi primi frag-
mentum, creptum Judæis. Ibi *dictiona-
rium* conficere cœpit, conferendo ad Hebrai-
cam veritatem interpretationem Hieronymi
ad Sophronium. Ad *Aleph* scripsit *aschre*,
beatus, *Haisch*, ad *he*, quam literam arbi-
tratus tunc fuit ad thema pertinere, *Ascher*,
qui ad *Aleph*, & sic deinceps per totum pri-
mum Psalmum. Et quidem in nominibus
& adverbis facilis fuit opera; sed valdè ei
doluit: non inveniri in verbis, nisi rarò,
primam personam præsentis indicativi: ut
est apud Latinos thema, *amo*, *docco*, *lego*,
audio; tamen perrexit nocturno maximè
tempore: interdium enim erant ei audiendæ
lectiones in *Scoto*, *Occam*, *Tartareto*; talia
enim legebantur, & disputationes ejusmo-
di habebantur. Interim nihil remissum ali-
cui fuit, nisi prælectori de choro frequen-
tando, die noctuque per *septem horas* di-
urnas aliquando, rarò sex. Erant & alia ipsis
agenda; *legendum & serviendum ad mensam*:
scutella lavanda, binis semper, ut eos ordo
tangebatur, ut non nisi suffuratus aliquid tem-
poris, suo privato studio vacare posset. Quan-
to autem minus temporis ei suppetiit: tan-
tò diligentius cavet, ne vel tantillum tempo-
ris ei frustra elaberetur. Et sic satis feliciter
quidem, sed improbo labore profecit per
hyemem illam, & partem æstatis sequentis,
millesimi quingentesimi anni.

Tunc circa medium Julii *Capnio*, qui
hactenus judicem egerat in Camera imperiali
Wormatiensi, *Tubingam* venit, vocatus à
duce *Wurtembergico*. Exceptus est hospiti-
o à Doctore *Sommerharto*, qui id Pellica-
no significavit; ut si *Capnionem* cuperet allo-
qui, veniret ocyus. Et sanè nullus ei opta-
bilior tunc nunciis afferri potuisset: cum aqua
ipsi hæreret in verbis Hebræis, & quo modo
ea adnotaret, eò usque ignorasset. Proinde
venit interrogavitque *D. Reuchlinum*, qui
subridens dixit: *apud Hebræos thema verborum
non esse primam personam, nec indica-
tivi nec imperativi: sed tertiam singularem
præteriti perfecti.* Hac regula accepta, exultavit
animo Pellicanus, sciens hujusmodi ver-
bis plena esse Biblia. Siquidem in Psalmi
primi primo versu occurrerant, *abii*, *stetit*, *se-
dit*, & alia. Hoc ergo unum oraculo *Capnio-
nis* didicit: cætera omnia ex mutis magistris,
& collatione interpretum, perpetuo labore
est assecutus.

Contigit eodem anno mense Augusto,
ut ascenderet cum Paulo præceptore *Ulmam*,
ubi audierat esse sacerdotem virum bonum.
Joannem Beham cantorem, qui à Judæis *Ul-
mensibus* antequam expellerentur, didicerat
Hebræa, & multa habebat multo ære red-
empta, à paupere quodam Judæo elegan-
tissimo scriptore, inter alia *fragmentum
Grammaticæ de conjugationibus verborum, &
literarum transmutationibus*, incerti auctoris,
& aliud quoddam. Utrumque curaverat ille
multo ære transferendum in Germanicam
linguam à Judæo, nihil prorsus de Hebrai-

ca Grammatica intelligente. Nec enim Pel-
licanus eo usque invenerat inter omnes Ju-
dæos quenquam, nec in *Alsatia*, nec *Wor-
matia*, nec *Francofurd*, nec *Raisbona* vel
alibi, qui vel unam ei Grammaticalem quæ-
stionem solvere potuisset. Optimus ergò ille
vir rogatus, copiam ei fecit describendi ut-
ramque Grammaticam, cum interpretatione
Germanica. Is ergo plurimum ei profuit, &
præceptoris locum apud eum meruit. Quin
& postero tempore, videns ejus studium in-
defessum, alia quoque permisit describen-
da. Eodem anno providentia DEI, Biblio-
pola *Tubingensis* attulit *Biblia Hebraica* in-
tegra, minima forma impressa *Pisauri* in
Italia, quæ nemo curabat. Pellicanus id au-
diens, rogavit virum, sineret opus aliquot
diebus inspiciere: concessit librarius, dicens
floreno cum dimidio posse emi. Audito tam
parvo posse comparari; exultavit Pellicanus:
adiit suum *Gardianum Paulum*, orans pro
se fide-juberet. Quod ubi fecisset; *Crafi*
divitias se adeptum putavit, statimque *Spira*
ad avunculum scripsit, orans ut *duorum
florenorum munere* vel eleëmofyna dignaretur,
quibus pro libris comparandis pauper
egeret. Statim misit ea conditione, *ne se
emacem ad alienam crumenam exhiberet.*
Satis ergo tunc ditatus, postea nil unquam
ab eo petivit. *Reuchlinus* verò iterum re-
versus, cum inaudisset, eum perlegendis
Bibliis Dictionarium concinnare, & semel
annotatis postea non nisi capitulis numerum
adscribere, si ex concordantia translationis
intelligeret, certum esse vocabuli adnotati
significatum: retulit, se quoque idem opus
moliri, & perfecisse ferè verba incipientia
ab *Aleph*: hortatus Pellicenum, ut strenuè
pergeret, se quoque idem facturum: id fa-
ctum medio Julii mensis. Ad finem *Octo-
bris* tota Biblia hoc modo perlegit, colligens
radices, & loca assignans plurima, verbis
rarioribus, & non prorsus communibus.
Ad initium *Novembris Stutgardiam* descen-
dens, attulit *Capnioni* specimen laborum:
ubi videns ille diligentiam, & admiratus ce-
peris tanti tam breve tempus, quo fuerat
exantlatum, dixit, *se nondum absolvisse par-
tem incipientium à Beth.* Videns autem Pel-
licanum singulis dictionibus adjecisse capi-
tulum numeros; rogabat sibi commodaret li-
brum, quo in suo sublevari posset: ne cogere-
tur propter unicum vocabulum totum semper
volume evolvere. Pellicanus libenter illi
gratificatus est: contra ille eidem commo-
dato dedit exemplar manuscriptum *Gram-
maticæ R. Mose Kimhi*, quod ab eodem Ju-
dæo Germanicè translatum habebat, qui
Ulmensi sacerdoti alia fragmenta transtulerat.
Rogabat etiam Pellicanum: ut quæ jam scri-
pserat tumuluarie, de dictionibus ab *Aleph*
incipientibus, transcriberet, ut aliquando
Typographis posset tradi.

Rediit itaque latissimus Pellicanus *Tubin-
gam*, & intra mensem omnia descripsit.
Nemo

*Judai
Grammaticæ
cites igno-*

*Hebraica
Grammatica
Pellicani*

*Gregor.
Rassius.*

*Biblia He-
braica in
Germanicè
allata.*

*Es emi
Pellicanus*

*Joan. Jus-
ting-astri-
nomus.*

*Dictiona-
rium He-
braicum
Pellicani
concinna-
tum.
Ide à
Capnionem
factum.*

*Ephemeris
des Justing*

*Pellicanus
sacerdos
ordinatur.*

*Communi-
cans opus
suum Capnio
& Pellic.*

*Paul.
Scrip. de-
ponitur.*

*Primam
missam ca-
pituli Pellic.*

*Concio de
miribus
aureis Pa-
læstinorum*

*Prædict
mutatione
religionis
Paul. Scr.*

Nemo enim tum inveniebatur, qui cum Latinis & Hebraicis, Græca quoque scribere pariter posset. Eodem quoque anno *sesquimillesimo primo* confecit *Hebraicam Grammaticam* ex tribus illis fragmentis, de quibus diximus in Germanicam linguam translatis, multo labore & meditatione: Dictionario suo adjecit ex Græco, Græcas Hebraicorum verborum interpretationes. Occasionem scribendæ Grammaticæ ipsi præbuit *Martinus Obermüller*; quem *Gregorius Ressius* autor *margarita Philosophica* Carthusianus Friburgensis, vir doctissimus, Friburgo ad ipsum miserat: ut eum Hebræa doceret, Grammaticam verò suam aliis non concessit, quòd sentiret dubia multa: quorum nullam inveniebat apud alios tunc resolutionem. Expectabat autem eam, quam *Capnio* Dictionario addendam promiserat; quod tardius factum est, anno *quingentesimo sexto*. Sub idem tempus profectus erat cum Præceptore suo ad *Justingensem villam*; ubi tunc paræcianum agebat *Joannes Justingen*, doctissimus Astronomus, qui in manibus tunc habebat opus egregium *Sphæra signorum*, quod moliebatur elegantissimo artificio Episcopo Wormatiensi *Joanni Dalburgio*, aureis insertis stellis & circulis faberrimè exaratis, ut erat homo ingenio, industria & manibus subtilissimus. Similem jam ante confecerat suffraganeo Episcopo Constantiensi *Danieli Tigurino*, qui Pellicanum ordinaverat, quæ fuit asservata Constantiæ, tanquam thesaurus in ipsorum bibliotheca. Sub idem tempus primo ejusdem authoris *Ephemerides* prodierunt Ulmæ, quas tunc primum ibidem vidit.

Anno *millesimo quingentesimo primo* celebratum fuit capitulum Minoritarum provinciale *Pforzemi*, ubi *Oliverus Maylardi* generalis, ordinavit eum, natum annos *viginti tres*, sacerdotem. Provincialis verò ad consolationem parentum adhuc superstium, transtulit eum in monasterium *Rybecacense*, ut ibi caneret primitias: simulque *Paulus Scriptoris* absolutus à Gardinatu Tubingensi, translatus est ad Basiliensem conventum; ut scriberet, non legeret vel predicaret: prætextus esse videbatur, ut amicis destitueretur, quos habebat in Suevia. Sic itaque in autumnali angaria ordinatus sacerdos, à *Telamonio Episcopo Tripolitano* Suffraganeo Basiliensi, missam primam cecinit in die Sancti Francisci, cui solennitati aderat Senatus & Pater cum fratre Leonardo adhuc viventibus & sanis. Aderat etiam honoris ergò *Paulus Scriptoris*, qui concionatus sub missâ præsentem Senatu, tractabatque quinque *mures Palestinorum aureos*, allegoria nescio qua, ad ipsius studia commendanda. Consueverat enim aliàs quoque dicere, „instare tempus mutandæ Theologiæ, & deserendæ scholasticæ dissertationis. Resumendo quoque primitios sanctos doctores ommissis Parisiis;

item tempus appetere mutandarum legum plurimarum.

Hic vir anno sequenti, qui erat post quingentesimum secundus, dum carcerem ab aliis submonitus timeret, ob dogmata, quæ nunc Lutherana dicuntur, vocatus *Tabernas Argentoratum* pervenit, ubi præmonitus ne illuc pergeret, abiit *Viennam Pannonia*, in aliam provinciam tutiorem, deinde *Romam* profectus, triennio elapso rediit, *Heilbrunnam* sine pœna. Sed à generali vicario Galli, qui virum norat & diligebat, vocatus est: ut doceret Theologiam *Tolosæ*: ad quod se præparans, cum *Basileam* venisset, vocatus à Basiliensi Episcopo *Christophoro*, rogatusque est: ut antè abitum in Galliam, legatus suo nomine iret ad *Abbatem Schutteranum* pro Monachis honestioribus transferendis in monasterium *S. Albini*, reformandum aliquantisper. Cum in viâ morbo correptus esset; divertit ad *Keisersbergensem* conventum & ad *Alenspacenses* moniales, quarum quædam negocia quoque tractaret, cum Episcopo: ibidem nescio quo morbo invalescente, diem obiit, sepultus in ambitu monasterii *Keisersbergensis*. Rumor tamen falsus per Sueviam à suis fautoribus disseminatus est: quasi *Monachium*, verbum est Pellicani, sacrificaverint.

Itaque *Reuchlinus* fraudatus est Pellicani auxilio, Sueviam eo petente: quo factum; ut opus rudimentorum tardius fuerit absolutum. Anno *millesimo quingentesimo primo*, cepit pestis grassari *Rubeaci* & alibi, quæ, ut diximus patrem Pellicani unâ cum liberis sustulit, ipso & unica sorore superstite. Tunc ut mortis metum exenteret, conscripsit *septem Psalmos pœnitentiales*, quos vocant, tribus columnis *Hebraicè, Græcè & Latinè*, versibus sibi respondentibus, additis aliis Psalmis laudatoriis, & precationibus quibusdam, quotidie dicendis ad Dominum, & ad patronos; qui erant, *Paulus, Agnes, Franciscus, & Hieronymus*, divi.

Anno *millesimo quingentesimo secundo* ordinatus est lector Theologiæ pro fratribus studiosis, in conventu *Basiliensi*, quòd pervenit in fine Augusti. Prælegit autem in Theologia scriptum quoddam *Guilermi Vorilong*, in sententias recens impressum multo labore ob impeditiissimum & affectatum stylum, curiosi magis, quam docti viri scholastici Scotti. In Philosophia *Nicolaum de Orbellis*. His absolutis, *Breviloquium Bonaventurae* ferè biennio prælegit & *Margaritam Philosophicam*. Item *tertium & quartum sententiarum Scoti*, cum compositione & usu *Astrolabii*: quale confici curavit manu cujusdam fratris *Friderici Kraffi* *Nerobergensis*, ingeniosissimi artificis, qui post *Altrolabium elevationum omnium*, etiam opus motuum omnium planetarum confecit. Eodem anno cepit *Joannes Amerbachus senior* imprimere omnia opera *D. Augustini*, ad

Hebraica Grammatica Pellicani.

Gregor. Ressius.

Joan. Justing. Astronomus.

Ephemerides Justing.

Pellicanus sacerdos ordinatur.

Paul. Scriptoris deponitur.

Primam missam canit Pellicani.

Concio de muribus aureis Palestinorum.

Prædicat mutationem religionis Paul. Scr.

Fugit carcerem.

Vocatur in Galliam.

Mortitur.

Pater Pellicani moritur cum liberis.

Patroni Pellicani qui divi & diva.

Fit Basilea lector Theologia.

Augustini opera excusa ab Amerbachio.

August.
Dodo.

quam editionem contulit operam suam *Augustinus Dodo* Canonicus ad D. Leonardum. Cœperat enim scribere argumenta in singulos D. *Augustini* libros: sed cum peste decessisset: Typographus opera *Francisci Wyler* Basiliensis Minoritæ usus est; qui multos libros in capita distinxit, & singulis argumentis præmisit. Hic cum sequenti anno loco esset motus, *Pellicanus* rogatu fidelissimi typographi, reliquos *centum quinquaginta* libros absolvit. Ex eo tempore summus ei amicus fuit virille; & cum eo *Joannes Frobenius*, qui fratribus Minoritæ ob ipsius labores, plurima beneficia contulerunt; & ipsum Pellicanum nullo libro utili carere passus fuit.

Pellicani
opera in
Augustini
operib.
Charus
Typogra-
phus, quos
juvat.

Aliis quoque Typographis toto sexennio pro virili fuit subsidio; maximè *Jacobo à Pforzen*, qui primus Basileæ impressit opera *Chrysostomi* & *Stephanum Bruliser*.

Raymun-
dus Cardi-
nalis.

Anno millesimo quingentesimo quarto circa Majum advenit *Raymundus Gallus Xantonensis* patria, *Cardinalis S. Mariæ novæ*, legatus à latere *Alexandri Papæ VI.* Is voluit honoratior reddere Minoritas de observantiâ dictos, qui doctos quidè haberent fratres, sed nulla graduum prærogativa celebres; jamque in conventibus tractus Rhenani, aliquos titulo doctoratus ornaverat. Hic instigatus à *Jodoco Gallo* avunculo, sapius nominato, cum *Basileam* venisset; Pellicanum examinavit aliquot horis per duos doctores Theologos; quos in comitatu suo habebat, *Joannem Ammanum* Argentinensem prædicatorii ordinis & *Joann. Capet* Minoritam Gallum. Interim legatus incumbit translationi sanctarum Virginum trium in *Eichsel*, & sanctæ Christianæ. Erat enim ut alter *Ambrosius*, in his rebus superstitionior: & reliquiarum corrasor per totam Germaniam ex monasteriis; ut particulas ad Gallias transferret, & hujusmodi rebus, & bullis indulgentiarum, Academiam Parisiensem ornaret. Abitum parans Romam versus, iterum Pellicanum vocavit legatus, convocataque doctorum suorum familia titulo eum doctoratus ornare voluit. Adfuit vir doctus & magnæ auctoritatis ex familia Cardinalis, qui dixit: *Reverendissime Domine, agrè fert Gardianus ipsum doctorem creari, consentit in Baccalareatum: inveniat medium, ut Licentiatus creetur.* Cardinalis respondit: *placet illud, hac conditione, ut nunc fiat Licentiatus, ubi autem annum trigesimum ætatis expleverit, sine alia promotione Doctor sit & habeatur.* Consentiebant omnes. Pellicanus eadem horâ juramentum præstitit: & mox Bulla fuit expedita super his. Verùm Pellicanus annis *quadragesima* amplius nunquam vel Licentiati vel Doctoris titulo est usus. Abiturus postea Cardinalis *Raymundus* rogavit provinciam Patres; ut Pellicanum sibi familiarem permitterent loco *Capetis* secum Romam proficisci cum socio. Quibus annuentibus ipse desiderio videndi Italiam & Romam,

Pellicanus
Licent. &
Doctor
creatur.

Sed titulis
illis non
usus.

Pellicanus
in comita-
tu Cardiu.
Rom. abis.

non invitè sese illi adjunxit: jam annos *vinginti sex* natus. Pedibus ergo, de more illorum, iter facientes *Pellicanus* & *Jacobus Schenck* nobilis gener frater, per *Zofingam Lucernam* pervenerunt, ubi quatuordecim diebus manserunt. Aderant legati, proceres Helvetiorum ex quinque pagis, qui navigio, Cardinalem usque ad *Brunn* comitati sunt, decimo octavo die Julii. Deinde in vicum *Smiz*, qui *Kirchgassen* vocatur ingressi; mox ad diem *Julii trigesimum* convocati sunt omnes ex tota valle, ad Cardinalis missam solennem. Inter missam solennem, concionatus est Episcopus *Tripolitanus* ad populum confertissimum. Cardinalis instituit; ut quotannis eodem die populus conveniens, omnibus futuris temporibus haberet remissionem peccatorum septem annorum; quæ post plenariam, dicta est fuisse maxima; quam pontifex dat & legatus à latere dare potest. Sequenti die navigio pervenerunt *Uranium*. In *Altorff* aliquot diebus commorati, Pellicanus & alter quidam, *Helvetiorum historiam*, è Germanico in Latinam linguam transtulerunt: ut à Cardinali intelligi posset. Ibidem ipse Cardinalis multas epistolas Romam perferendas diversi argumenti, pariter multis dictavit; ita erat ingeniosus senex jam tum major sexagenario. Triduo vel quatrinduo post, Episcopus *Tripolitanus*, & alii Basilienses atque Helvetii, domum impetrata venia redierunt, cum jam ascendendus esset *mons S. Gothardi*. Voluit etiam Pellicanus cum suo fratre redire propter tarditatem itineris Cardinalis; sed cum illo vallem ingressi pulcram inter horridissimos montes sub vesperam pervenerunt *Wassensium*: ibi pernoctantes in media crepidine montium in horrendis montanis, mane altius ascendendo pervenerunt in pulcherrimam planitiem; ubi cacumen montis è longinquo cernebatur & villa erant aliquot, nempe *Urselen*, & remotius adhuc in pede montis *Gothardi*, villa non parva, Hospital dicta: ibi pransi ascenderunt multo labore ad verticem montis publico itinere, utrinque montibus altioribus surgentibus, tandem venerunt ad *Capellam* & *hospitium S. Gothardi*: ubi aliquandiu in magnis & inconluctis frigidibus consistentes, monte descendere ceperunt per semitam pedites, equites verò per viam regiam. Verum Cardinalis lectica est deportatus ab sedecim robustis Helvetiis, pro non parva mercede. Unde pervenientes ad villam *Ortlenz* Mediolanensis diocesis, iterum scribendis epistolis fuerunt occupati, de pecunia legato transmittenda. Eo peracto descenderunt juxta vallem pulcram & præcipientem, usque ad locum *Closterlin* dictum, sequenti die *Belizonam* pervenerunt. Postea iter facientes per planitiem, versus lacum majorem, & lacus initia transfretarunt ad oppidum *Lucarnum* ornatum munitissima arce, invento illic monasterio irreformato: ibi octiduum subsisterunt.

Cardinalis
missa so-
lennis.

Et indul-
gentia.

Helvetio-
rum histo-
ria trans-
lata in
Latin.

Montes
Gothardi.

Redi-
flem
Pellica-
Ludo-
Beru.

Scribi-
sum-
Carth-
doctri-

Quada-
habet
speca.

Notam
scripsit
Patrum

Febri in
tinere cor-
ripitur Pel-
licanus.

Redit ad
suos.

Morse.

Redit Ba-
sileam
Pellicanus.
Ludovicus
Berus.

Scribit
summam
Catholicae
doctrinae.

Quadam
habet sus-
pecta.

Notia
scripta
Patrum.

Inde ad monasterium reformatum Sancti Bernhardi contenderunt: ubi cum febris Pellicanum corripuisset, & medici Cardinalis opera frustra uteretur: bona venia Cardinalis Germaniam repetiit, dixit enim ad Pellicanum: *volui deducere te mecum Romam, & tua opera studiisque oblectari, sed quia video aërem tibi adversum, malo ego scire te Basilea vivum, quam cernere Romam mortuum*: moxque illis assignato doctore Lucernano, redierunt magno & difficili labore ad Altorff. Hic conducta navi, coacti sunt ipsorum quinque viri, natuâ uti foemina. Corripuit tum Pellicanum iterum febris, & ventus impetuosus insurrexit contrarius; ut compellerentur divertere in Sickingen villulam, mediam inter Altorff & Brunn.

Mox coacti ascendere montem altissimum, reptando per prata manibus & pedibus, per magnum milliare: Pellicanus propter febrilem paroxysmum post alios tardior ascendebat. Delati autem sunt ad planitiem jucundissimam, ubi villa pulchra, prata pinguisima, & fontes lymphidissimi: nomen villae est *Morse*, antiquissimam habens parochiam. Ut autem multo labore ascenderunt: sic graviore incommodo tibarum descendere altissimum montem fuere coacti. Excedit altitudo illius villae omnes montes Basileam versus: adeo ut viderint tunc montes Allatiæ, adeoque eos qui sunt prope Rapolsteinium. Igitur descendentes magnum milliare, pervenerunt ad villam Brunn, ubi pernoctarunt. Postero die *Lucernam* perlatus est, tandem Basileam, febridiu multumque vexatus.

Basileam revertens, auditores suos in Theologia & liberalibus disciplinis exercere perrexit. Illo tempore *Ludovicus Berus* Parisiis adeptus Doctoratum in Theologia, in patriam suam Basileam venit, & prima fundamenta linguae Hebraeae satis feliciter aliquot septimanis Pellicano Praeceptore, didicit. Rogatus autem ab Episcopo Basiliensi *Christophoro ab Utenheim*, summam brevem ei descripsit *Catholicae doctrinae*, quae populo sibi commisso, ad salutem necessaria esset. In hoc opere alicubi secutus est non tam suam conscientiam, quam, scholasticos quosdam doctores mendicantium ordinum, unde *non omnia ibi scripta, solida fuerunt veritas, sed ejus, quae tunc veritas habebatur*. Quae verò de indulgentiis, purgatorio, confessione, eucharistia, & Papsistica potestate scripta invenit: jam ceperat suspecta habere, ex lectionibus antiquorum, maxime *Augustini* & *Originis*: in quibus talia dogmata non invenerat. Deprehenderat enim librum de *vera & falsa poenitentia*, non esse *Augustini*, sicut nec librum de *Sacramentis Ambrosii*, & *Hieronymo* quaedam de talibus loquentia, falso fuisse ascripta id quod postea Eras. quoque Roterod. confirmavit, & probavit luculentius. Et placuit quidem tunc labor ille Pellicani Episcopo, qui propediem synodum provincialem se coacturum promisit: in qua liber

sua autoritate, parochis suis commendaretur, ut secundum illum docerent: sed postea id non est factum. Causas ipse retulit, quod Sacerdotes Austriaci domini & Helvetii, impatientes disciplinae, nollent à se quoquo modo reformari, & Canonici Ecclesiae suae majoris, exempti essent à sua autoritate, immediatè sub Papa & suo decano, quibus non reformatis, primis scilicet, nihil de minori clero posset tentari per se, quamvis multa displicerent. Cum hoc opus Episcopo offerret Pellicanus, nova ei per horam & amplius retulit, de *quatuor praedicatoribus* monachis Bernensibus; idque Latine, & eleganter: qui anno *millesimo quingentesimo nono*, ultimo die Maji cremati sunt. Historiam de gestis ipsorum scripserunt *Sebastianus Franck*, *Thomas Murner*, & multi alii. Ipsi quoque monachi praedicatores eam describere ceperant, sed non potuerunt absolvere.

Postquam sex annis Basileae studiosis legerat *Pellicanus*, vocatus est Basileam *Rubeacum*, cum quibusdam junioribus fratribus: alii quoque illuc ad ipsum missi sunt aliunde, inter quos *Sebastianus Münsterus* Ingelheimiensis, octodecim tunc annorum adolescens, homo laboriosus & probus. Ceperat Pellicanus in operibus D. Hieronymi adiacere Hebraeis literis, quicquid ex sacris Bibliis citat, rogatu Amerbachii, quem laborem absolvit Rubeaci. Librarium enim insectia omnia fuerunt corruptissima.

Ab anno itaque *millesimo quingentesimo octavo* usque ad *undecimum*, praelegit denuò suis auditoribus *Margaritam Philosophicam* totam, *Nicolaum de Orbellis*, super libros sententiarum, & libros *Aristotelis*; communicavit cum Münstero, quaecunque habebat, *Hebraica* & *Astronomica*, quibus multa adjecit sua quoque diligentia: ut in istis disciplinis doctissimus evaserit. Urget cum *Pellicanus* pro virili ad philosophiam divinam & humanam, quam esset aliquando fratribus quoque aliis praelecturus, id quod contigit tandem, tam Basileae, quam Tubingae, ubi reliquum quod in astronomia ceperat, *Joanne Justingeni* praepceptore, didicit.

Anno domini *millesimo quingentesimo septimo*, dum adhuc lector Basileae esset, de voluntate patrum in Capitulo Provinciali *Rubeacensi*, pro more concionem Latinam memoriter in honorem Patriae de charitate habuit. An. *millesimo quingentesimo decimo* iustus praeparare se ad orationem Latinam coram doctis Academiae Tubingensis habendam, ubi etat celebrandum Capitulum Provinciale Minoritarum post pascha. Argumentum fuit *de studiis emendandis*; sed metuens Poëtarum dentes: impetravit, ut jam mandatam memoriae non recitaret. Fuit autem à multis illa oratio transcripta. Anno *undecimo* supra mille quingentos celebrandum erat capitulum Provinciale Basileae; in quo *Sebastian. Münsterus* iustus declamare Latine, obtinuit à Pellicano ut conscriberet illam, quam postea

Sacerdotes
impatietes
reforma-
tionis.

Monachi
Bernenses.

Vocatur
Rubeacum
Pellicanus.
Sebastian.
Münster.
discipulus
ejus.

Lectiones
Pellicani
Rubeaci.

Oratio de
studiis
emendan-
dis.

feliciter habuit, sumto themate ad Patres: *Quando misi vos sine sacco, pera, & calceamentis, nunquid defuit vobis aliquid? dicunt ei, nihil.*

*Pellicanus
Gardianus
Pfortzen-
sis ordina-
tur.*

*Diffidium
ibi inser-
plebanum
& mona-
ches.
Ad id
componen-
dum lod.
Gallus
missus.*

In eodem capitulo vel conventu ordinatus est Gardianus Pfortzensis, à fratribusque electus dum aliquod mensibus *Bartholomaeo Wyer* provinciali socius Secretarius adjunctus fuisset. Postquam igitur non integris annis *sex Rubeaci* prælegisset, comitatus socio & charo discipulo *Monstero*, nondum sacerdote, pervenit ad Pfortzemium Cal. Septembris, ubi concertatio inchoata fuerat inter plebanum & Medicantes, fratres prædicatores & minores. Itaque concordia concilianda causa missus est ab Episcopo Spirensi *Philippo à Rosenberg D. Iodocus Gallus*, qui conciliavit partes & literis confirmavit in conventu Pfortzensi, decimo quarto die Novembris. Idem Gallus Pellicanum Episcopo commendavit, à quo multis postea beneficiis est affectus. Initio hujus anni, obiit amicus Pellicani singularis, *Conradus Leontorius Mülbrunnensis* Monachus in arcta valle propè Basileam septimo Januarii.

*Wolg. Cap-
it. hospitio
Pellic.
excipit.
Colloquii
inter eos.*

Anno millesimo quingentesimo duodecimo, Octobris undecimo, *Spiram* descendens in causa conventus, *Bruxella* eum hospitio excipit *Wolfgangus Capito*, Baccalaureus Theologiae, & concionator. Is eum seorsum abductum secreto interrogavit: *quid sentiret de eucharistia Sacramento, & de corpore Christi?* Respondit ingenue Pellicanus, *invitum se de doctorum opinionibus circa hoc versari argumentum; offensum à Ioanne Scotto in 4. sent. ob tres opiniones recitatas. Ego, inquit, priori libentius quam tertia inhererem, intelligens panem & vinum esse sacra rei, id est, crucifixi corporis & effusi sanguinis sacramentum, id est, sacramentum signum, & esse nutrimentum anima spirituale per fidem, & non equivocè dici nomen sacramenti de Eucharistia, & aliis sex Sacramentis, id quod Scotus concedit, ut puto invitus.* Audiens hæc Capito, respondit, *nihil aliud sibi videri, vel se posse intelligere.* Ex quo intelligitur, quàm diu de hoc Papistico articulo dubitare coactus sit, contra conscientiam, quam Papa tenebat captam, in eo & in aliis quoque huic similibus articulis, ut erat de confessione auriculari omnium peccatorum necessaria ad salutem, quia in patribus sanctis, *Augustino, Hieronymo, & Chrysostomo*, quos legerat omnes, nil tale invenerat, cum merito haberentur catholicae doctrine antesignani, contra quos & *Berengarium*, illis consentientem, Romani & Parisienses Theologi tantopere militarunt.

*Papa con-
scientiam
tenuit ca-
pitivus.*

*Capnio
Basileam
translatum*

*Nicolai de
Nyfa super
sententiam.*

Isdem diebus descendit *Wormatiam*; & Judaicam Synagogam præceptoremque suum *Ioannem Vigilium* invisit. In Principio Martii translatus est *M. Wolphangus Bruxella Basileam*: ut esset prædicator in cathedrali Ecclesia Basiliensi. Pellicanus eo anno prælegit Pfortzhemii fratribus junioribus, scriptum breve super sententias *Nicolai de Nyfa*, utilius & brevius reliquis omnibus super sen-

tentias. Legit magnam partem *historia Hirsgaviensis Ioannis Trithemii*, olim abbatis Spanheimensis, quem antea viderat, virum, ut scribit, eximie staturæ, & valde humanum.

*Ioann.
Trithem.*

Anno millesimo, quingentesimo decimo tertio, interfuit *Haidelbergæ* die S. Matthiæ, revocationi *Wigandi* prædicatorii doctoris, Apostolica autoritate coacti ad hoc, ad instantiam Minoritarum; qui eandem Romæ quoque anno præterito vicesimo secundo Octobris fecerat. Decimo quinto die Decemb. in angaria, fuit *Spiræ* cum ordinandis, cum *Psalterium Chaldaicum*, h. e. Indianum, Romæ impressum commodatò accepisset, noctu in domo avunculi, didicit legere illam linguam & sic intelligere, ut duos primos Psalmos antequam dormiret interpretatus sit, de quo obtupestacti avunculus & decanus Spirensis, ipsum illo libro donarunt.

*Psalterium
Chaldaicum.*

*Eam lin-
guam
Martia
discit.*

*Georg.
las. epis-
Spirensis.
Causa
Reuchlini
disciplinæ*

Reversus autem *Pfortzemium* per *Bruxellam*, invitatus est à novo Episcopo Spirensi, *Georgio* fratre Palatini, qui ipsum humanissime tractavit.

Anno millesimo, quingentesimo, decimo quarto causa *Ioann. Reuchlini* & prædicatorum, tractata fuit *Spiræ* per commissarios Papa. Octavo die Febr. obiit archiepiscopus *Vrieland Moguntinus*, in cuius locum successit *Martini* nono die *Albertus Marchio Brandenburg.* Mense Augusto celebratum capitulum Minorum in conventu *Haidelbergensi*: ubi electus est in provincialem *Casparus Sangerus* Landshutenensis, doctus Theologus, is rogavit Pellicanum, ut omisso Gardianatu Pfortzensi, sius esset Secretarius. Dispositis itaque rebus suis, illum *Ulman* secutus est. Ibi per otium Hebraica quædam descripsit, communicata à *Ioan. Beham*, nempe *vocabularium Hebraicum* abbreviatum, ex libro radicum *R. Davidis Kimhi*, & fragmentum Grammaticæ cuiusdam elegantis, de artificiosa verborum conjugatione, & alium quoque libellum, *carmen disciplina* pro moribus 130. versuum, *R. Joseph. Esopi*, provincialis Judæi, quem jam antè *Capnio* Latinum fecerat, *Pfortzæ* impressum, quem vocavit *Scitellam ascream*. Rescripsit etiam *parabolas quinquaginta* sententiarum moralium, juxta quinquaginta discipulos. Alium quoque tractatum de *decem munerationibus*. De anima quoque philosophicum, omnia Hebræa. Perlustratis multis monasteriis, pervenerunt in *Otterbüren* monasterium egregium S. Benedicti, in quo *Nicolaus Ellenbogen* Hebraicè doctus, vivebat. Transiverunt deinde *Füllén*, id est, fauces Alpium, ubi *Lycus* erumpit; Deinde versus *Oenipontem* progressi ac humaniter fuerunt excepti à *Cæsaris Maximiliani* thesaurario. Pòst monte *Brennero*, ut vocant, superato pervenerunt *Stetzingum* & secundum flumen *Isaar Braxinam*. Ibi familiaritate operaque doctoris *Sebastiani Stamlers* Augustani Canonici adeptus est *portam lucis R. Josephi Castiliensis*, interprete *Paulo Ritio*; quem tractatum satis prolixum descripsit: postea à Ritio est editus. Ibi quoque legendum accepit *Paulum de Heredia*

*Albert.
Marchio
Archiep.
Mogunt.
Caspar
Sangerus*

*Varia
scribit
Pellicanus.*

*Trithemii
biblio-
ca.*

*Sebastian.
Stamler.*

*Secundum
vissum*

redia Hispanum, de mysteriis Cabalisticis, librum egregium, dudum in Hispania impressum: sed antea & postea ipsi nunquam visum. Perfectis negotiis redierunt per eandem viam Matram usque: deinde venerunt *Suazum*, unde proxima via per Alpes juxta lacum S. Petri, & per *Stubam sibi fornace*, qui locus est horribilis deserti, sic dictus, venerunt ad Tegrense Monasterium Benedictinorum, hinc *Monacum* urbem elegantissimam. Quatuor ibi ferè hebdomadibus transactis prolixè sunt excepti, à D. *Künegunde* sorore Maximiliani, vidua sancta, matre Principum trium. Tandem publicis negotiis expeditis descenderunt *Ratisbonam*, ubi audierat Hebraicam Bibliothecam apud prædicatores haberi. Vidit ibi non solum Hebraica Biblia, sed & totum *Thalmud* in sex partes distinctum, una cum *Thalmudico* dictionario, omnia manu scripta. Rogavit ut transcribendum dictionarium darent, fide-jubente Gardiano Chalemensi; sed recularunt Monachi, quorum ne unus quidem callebat linguam Hebraicam. Post *Ingolstadii*, aliquot diebus hærentibus, *Joannes Eccius*, à multis annis Pellicano familiaris, *Dictionarium Hebraicum* quotidianæ loquutionis describendum lubenter dedit. *Bamberge* virum invenit Hebraicè studiosum *Casarem* cognominatum, cui erat egregia quædam Grammatica, ex qua quædam excerptit: inde ad novam civitatem juxta flumen *Eisfch* concesserunt, ibi tum vivebat adhuc *Elias Levita* Judæus non dum Grammaticus, ideoque ipsi ignotus, qui tum cum aliis Judæis post mortem Marchionissæ Brandenburgensis ibi residentis, per filium successorem *Casimirum* vel *Georgium* expulsus, in Italiam venit, ubi Hebraicam Grammaticam didicit primum, deinde ibidem quoque expulsus, *Rome* eandem docuit Christianos; donec exinde quoque expulsus est, non modico urbis & sui damno. In illa visitatione monasteriorum descendit etiam *Francofordiam* à Judæis aliquid inquisiturus, sed omnes indoctos invenit, quamvis duos Rabinos convenisset.

In reditu venit ad Abbatem *Spanheimensem*, successorem *Joannis Trithemii*, qui jam *Wirtzburgam* translatus erat ad Scotos abbas: ibi vidit *Spanhemii* Bibliothecam, literis antiquis, optimis, rarissimisque in omni literatura, nobilissimè decoratam, sed non datum est diu ibi hære. Contenderunt inde *Basileam*, ubi tunc imprimebatur *Erasmii Novum Testamentum*, cum annotationibus, novum tunc & utilissimum opus. *Friburgi Brisgoia* jussu Papæ & Imperatoris *Maximiliani* conventum minorum reformavit. Redeuntes per sylvam *Herciniam*, *Tubingam* & *Pfällingen* Alpibusque superatis *Vimam* pervenerunt, sicque primum cursum visitationis absolverunt.

In secunda visitatione transeuntes monasterium *Ebersbergense* à *Nicolao* Monacho Hebraicæ linguæ studioso accepit describenda argumenta in libros duos perplexorum R.

Rambam 75. & 38. capitum, cum dictionario explicante difficilia verba ejusdem libri. Secundo *Ratisbonam* descendens per avunculum suum, Episcopi Spirensis *Georgii* Palatini commendationem adeptus est, ad fratrem ejus *Joannem* Episcopum Ratisbonensem; ut *Dominicani Ratisbonenses*, *Thalmudici dictionarii* exemplar ei describendum concederent, id quod nihilominus difficulter ab eis impetravit. *Noribergam* cum venissent, prostabat *Pentateuchus* cum megillis Hebraicè, adjuncta Chaldaica translatione *Onkelii*, & Commentario R. *Salomonis*, eodem anno *millesimo quingentesimo decimo quinto*, impressis. Eum illi codicem emit *Charitas Abbatissa* ad S. *Claram*, soror *Birckeimeri*, qui ei fuit thesauri maximi loco. Ad illud enim tempus præter nuda parva Biblia Hebraica nihil habebat.

Anno *decimo sexto* supra sesquimillesimum ad *Dominicam* Jubilate celebratum fuit capitulum provinciale ad *S. Vldaricum*, in quo ipse totius provinciæ nomine electus fuit ad capitulum generale, quod in urbe *Rotomageni* in *Normandia* celebrandum erat ad festum *Pentecostes*. Assumpto fratre interprete Gallico, *Philippo Novovillensi* intrarunt *Gallias*, per vallem *Keifersbergensem*, superatisque montibus pervenerunt ad oppidum *S. Adeodati*. Sabbato ante *dominicanam* post adscensionem *Domini Luetiam* pervenerunt, ubi *Jacobum Stapulensem*, cujus lucubrationes legerat, vidit & salutavit. Is de *Beato Rhenano* & *Amerbachio* discipulis suis quæsit. Illo tempore *Parisiis* sub insigni *Basilienfi* invenite *Novum Testamentum Erasmi* recens allatum. Postridie *Pantzaram* usque iverunt. Deinde ad *Castrum Gallion* ad *Sequanam*, quod habebat amplissimum hortum trium leucarum in circuitu; quod construxerat *Cardinalis Rotomagensis*, legatus *Apostolicus*, ædificium insigne usque ad expensas *viginti quatuor tonnarum auri*; nondum tamen omnia in illo erant absoluta.

Rotomagi duodecim diebus capitulum celebraverunt numero fratres *septingenti*, Hispanis etiam fratribus presentibus, ex novis insulis, ad quas vocabantur fratres, adituri eam provinciam *S. crucis*, & inventi sunt volones *quatuordecim* fratres, qui cum aliis navibus impositi *Vlybonam* devecti sunt, inde commodo tempore adituri insulas. Eadem navi qua illi fratres venerant ad istum cætum, *Rex Portugaliæ* transmiserat *Eleemosynam*, nempe aromata, quæ primitias esse dixit novæ cujusdam terræ inventæ, & per singulos conventus omnium provinciarum *Cismontanarum* voluit distribui, qui soli tunc conveniant, nempe *Hispani, Galli, Germani, Angli, Scoti, Dani*.

Soluta capitulo iterum abierunt in *Lotharingiam* ab oppido *Nansi* divertentes per *Austrasiam* versus *Zaberniam* per *Salinas* & *Witterstorffiam*, ubi idolum *S. Anastasi* viderunt,

Pentateuchus cum Chaldaica translatione.

Mittitur in Galliam Pellicanus

Salutat Stapulensem.

Castrum hortus Cardinalis Rot.

Capitulum Rotomagi.

Eleemosyna à Rege Portugal. monachus missa.

Idolum Anastasi.

Monacum.

Thalmud. Judaicum.

L. Eccius.

Elias Levita.

Trithemii bibliotheca.

secunda visitatio.

derunt, horrendo vultu, etiam dæmonibus qui illic execrationibus eiciebantur.

Reversus Basileam, omnia opera D. Hieronymi impressa erant, usque ad tomum octavum, vel ultimum. Ioannes ergo Frobenius cupiens quadruplex Psalterium imprimere, opus in Germania non tentatum, exoravit Casparum Sazgerum provincialem Pellicani, ut tres menses pateretur ipsum Basilea commorari, quo correctius opus ederetur. Divina providentia in Italia Januæ per Augustinum Iustinianum Nebriensem Episcopum eodem tempore quintuplex Psalterium typis excusum est. In Hispania integra Biblia in quatuor linguis Compluti, opera studio, & impensis Francisci Cisnerii Cardinalis Toletani. Hinc oboriri cepit diligentior utriusque Testamenti tractatio, sic Domino ordinante progressum Ecclesiæ prodeuntibus passim in Theologia, maxime verò in Germania, optimis libris.

Biblia
Complu-
tensis.

Generaliss.
capitulum
Romæ.

Finito opere ad calendas Septembris sequutus est iterum provincialem per Sueviam inferiorem, quem Ulmæ convenit. Ibi denunciatur ex urbe Romæ; ut ad sequentem annum festo Pentecostes conveniant ad generalissimum capitulum à Leone Papa celebrandum, non solum totius Christianitatis, Minores reformari, sed etiam conventuales (sic enim nominantur, qui non sunt de observantia) Id quidem factum difficile erat, sed declinari non poterat. Indicta igitur est congregatio provincialis Pfortzemii; ut deliberaretur, quisnam eorum nomine mittendus esset Romam, delectusque est Ioannes Machysen Gardianus Noribergensis, qui olim provincialis fuerat, cui alii cum Pellicano adjuncti altera paschæ iter Romam versus ingressi sunt.

Id cum
aliis Pelli-
canus.
Iodoci Gall.
obitus.

Legat Bi-
bliothecæ.
Rubeac.
Monachis.
Pericope
vita illius
Galli.

Interea Pellicano nunciatur Iodocum Gallum Spiræ hoc anno millesimo quingentesimo decimo septimo, Martii vigesimo primo podagra obiisse, & testamento Bibliothecam suam ad usum Minorum Rubeaci legasse, donec filii sororis Pellicani adoleverent, & illis uti possent: qui tamen peste obierant. Romæ reversus curavit libros utiliores Rubeacum transferri. Hic vir de quo supra diximus, postquam in doctorem artium promotus fuit Haidelbergæ, in contubernio novo prælegit Logica Aristotelis & Physica, magno cum fructu suorum discipulorum. Exigebat enim suas lectiones ab eis. In munere concionandi magnam diligentiam adhibuit. Nemo Magistrorum plures orationes Latinas habuit ad universitatem & clerum, quam ipse. Cum parochiam nactus esset Steinachii supra Haidelbergam, & postea Spiræ in Cathedrali Ecclesia pastor & prædicator, familiam alere cogeretur, ancillas honestas habuit. Toleralius iudicabat extra domum concubinam habere; quia facilius se continere posset, quam domi, quod impœnitentiæ signum esset. Alia vita inculpabilis, & Episcopis à consiliis fuit. Quanquam autem suas opes legarat Ecclesiæ S. Germani, noluit tamen

Epitaphium sibi poni. Cavit enim testamento, ne aliter sepeliretur, quam simplex alius Christianus, nolens, ut moris erat, veste sepeliri. Petivit tantum apud amicum quendam paulum ante mortuum, sibi sepulcrum fodi, cum quo speraret, resurrecturum se ad iudicium, non ut sacerdotem & doctorem, sed ut humilem Christianum. Hæc breviter de eius avunculo, nunc ad iter Romanum.

Egressi Campidona, superatis Alpibus diverterunt ad Monasterium Stams Cisterciense: ubi sepultura est Ducum Austriae & Tyrolis, pernoctaverunt etiam in castro Cyrlen pulcherrimo, non longè ab Oeniponte, ubi icones viderunt totius genealogiæ, cum socio interprete, Ioanne Gengero, qui tredecim annis Romæ egerat, cuius illi opera omnino indigebant: Itali enim fratres Latine cum ipsis colloqui non poterant. Brixina solventes pervenerunt Bozen, Tridentum, inde paulum procedentes versus Roverium Athesin transgressi, diverterunt Salonam civitatem, in qua est conventus minoritarum ordinis. Ibi defendit Franciscum Lechetum doctissimum Scotistam, provincialem provinciæ Brixientis: qui eos duxit ad generale suum studium Scotticum, in insula pulcherrima lacus prope Salonam, ubi fratres quadraginta commorabantur studiosi Scoti, cuius ibi expositio & commentaria tunc imprimebantur, autore Lecheto ipso, qui post aliquot annos factus est generalis totius ordinis Minorum, mortuus est tandem in Hungaria. Inde Mantuam venerunt atque ibi transmissio Pado Mirandulum oppidum celebre propter doctissimos comites Ioannem Picum & Ioannem Franciscum Picum filium eius fratris. Inde multa oppida transeuntes, Bononiam ingressi urbem amplissimam ad Minoritarum monasterium novum, in colle humili extra muros situm diverterunt. Ibi fratres provinciæ Bononiensis celebrabant capitulum, & numerabant pecunias, quas corraferant præcedente quadragesima ex indulgentiis, ut eas Romam Pontifici perferrent pro aede D. Petri extruenda. Postero die solo non habuerunt monasterium, montem Apenninum ascendentes & descendentes per oppidum Florenzola. Sequenti die pervenerunt Scarpariam; ibi in eremo sui ordinis monasterium adiverunt, non via regia usi, propter victum. Deerat enim omnibus toto itinere pecunia: sed nec victus necessarius, quantumvis tenuis. Florentiam postea pervenientes transiverunt, quia novum observantium monasterium ad Astrum urbis in submissò colle erat, unde urbs pulcherrima conspici potest. Biduo post Senas profecti sunt, ubi extra urbem in monte situm elegantissimum monasterium, ad cuius latera amplissimus hortus & sylva erant iuncta: Elegantiore cathedralem Ecclesiam negat Pellicanus se vidisse, ex picturis & imaginibus in parietibus & pavimento, opere tessellato, & omnium Paparum nominibus & imaginibus. Senis deflexerunt per Montana Thulciæ, donec Peulanum perventum. Inde

Sepulchrum
ejus.

Angu-
rum
titulo.

Iter Ro-
manum
Pellicani.

Itali mo-
nachis
sciunt
tine.

Franc.
et
tista.

Miranda-
la comitis

Pecunia
ex indul-
gentiis
corrafa.

Templum
Senæ
pulcherrimum.

Papa in
mole A-
driani se-
centinet.

Processio
Roma so-
lennis.

por

per comitatum *Farnesensem* venerunt ad lacum Fullinum igne facto, ex insula, quæ monasterium fratrum erat, navigio deduxerunt fratres Germanos in Insulam: ubi biduo manserunt. Nave quoque ipsorum aliquot ad ostia lacus deducti, viderunt *sex millia anguillarum*, quæ machinis quibusdam captæ evadere non poterant: donati aliquot anguillis in Insulam reversi sunt. Tandem *Viterbium* versus iter fecerunt, per campum foetidum, piceis balneis repletum, in monasterium ad ortum urbis extra muros. Hinc postero die decedentes montana conscenderunt: pertranseuntes aliquot oppida, noctu pervenerunt in monasterium sui ordinis, iter diei distans *Roma*, ubi una illa nocte *trecenti hospites*, benè fuerunt accepti: Postridie, quæ erat quarta feria ante Pentecosten, meridie ad hospitium diverterunt, ubi germanos obviam *Curtisanos* habuerunt, repetentes patriam, qui ita pontifici *Leoni* oblocuti, ut animus horreret.

Exinde ceperunt videre turres & colles Romanos elegantissimo situ: non sine pulchra majestate antiquæ Romanæ gloriæ. Pervenerunt ad *pontem Milvium*; ibi Tiberim transiverunt versus portam Tiberinam, quæ *Maria* dicitur *de populo*: ubi pulchra est ecclesia ad sinistram, cum eximio *Augustinianorum Cænobio*, ibi indulgentias primas in ecclesia illa plenarias impetrarunt. Postea longo itinere per vacuum urbem versus montem Capitolinum, ubi olim fuit templum *Jovis Feretrii*, nunc ecclesia magna *Ara Cæli* dicta, & Minoritarum monasterium cernitur. Ascendentes ad aram cæli per *centum & decem gradus* marmoreos, circumspicere potuerunt, ex medullis urbis circumquaque. Manserunt ex toto terrarum orbe congregati numero circiter *mille fratrum*. Processiones aliquot habitæ, una ad *S. Joannem Lateranum*, ubi ostendebantur reliquæ corporum sanctorum *Petri & Pauli*, mira & ridicula pompa. Alia processio in *adem S. Petri*, & ad palatium Papæ, qui collectos videbat, in *Bell videre*, altantibus quibusdam Cardinalibus. Ipse cruce facta manibus benedixit filiis suis, & plenaria indulgentia donavit obsequentissimos filios sanctæ sedis. Vicissim fratres mille qui astabant in curia cantabant antiphonam: *Sacerdos & pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum*. Pontificis jussu ceducti in templum *S. Petri*: ostensa ipsis fuit *Veronica* illa toto orbe celebrata: idque multis ceremoniis, ab invitis Episcopis quibusdam, non sperantibus pecuniam. Postea in processione bini & bini ad *Aram cæli* redierunt usque in diem corporis Christi; quando iterum omnes cum toto clero & Monachatu multiplicitate ordinum varii coloris & habitus: in qua processione transiverunt per *Hospitale S. Spiritus*, absente Papâ, & incluso in mole *Adriani* ob metum; quia ceperat quosdam Cardinales magni nominis. Primum ibant *Minores*, deinde *Augustiniani & Prædicatores*, cum reliquis, quos numerare non refert.

Tandem Episcopi plures, quos sequebantur *Cardinales*, postea custodes corporis Papæ, *Helvetii ducenti*, elegantissimi viri, eadem formâ induti, pro facibus gestantes halabardas, circumdantes Cardinalem, gestantem corpus Christi in *monstrantia*, ut vocant, parvula. Benedictione accepta, quique redierunt ad sua. Pellicanus & socii in *quartam hebdomadam* ibi manserunt. Primum quidem pasti eleemosyna Papæ, qui obtulerat *ducentos ducatos* pro victu fratrum. Supervenientes autem Portugaleses fratres, literas sui regis attulerunt, quibus cavebatur: ut rebus agendis utiliter & religiosè instarent fratres, obtulitque *quinque millia ducatorum* pro fratrum victu, & amplius, necessitate postulante. Commendavit fratrum orationibus vicissim animam defunctæ reginæ Portugaliæ, pro cuius salute exequias agere deberent, tota illa fratrum concio, & totus ordo in suis monasteriis passim.

Nihil autem ibi actum est, nisi quod magisterium ordinis generalatus officium & regimen translatum est à conventualibus minoritis, ad eos, qui dicti sunt *de observantiâ*, invitatis & recalcitrantibus illis, & de præscriptione contententibus, famamque disseminarunt per urbem, observantinos emisse à Papa hujusmodi prærogativam, *octo millibus ducatorum*, de quo verba sunt Pellicani; *quid factum sit nescio. Hac duo scio, quod ex totâ Germaniâ ne obulum quidem ab observantinis Papa acceperit: alterum, quod minorita illi de observantiâ, commissarii fuerunt in Italia passim, unde collegerunt tredecim millia ducatorum, quæ in capitulo representarunt, satis tamen incircumspectè & impurè juxta illorum regulam & ordinem. Quid autem minorita lucrati sint imposturum, per indulgentias prædicatas: in Archiepiscopatu Moguntino & in Helvetiis quoque; docuit negotium Luthera-num & Zwinglianum.*

Tandem dimittendi, provincialis Saxoniae & Argentinæ cum suis sociis & comitibus vitarunt, indulgentiarum loca, per *stationes septem* Ecclesiarum principalium tummo quodam mane diluculo aram cæli exeuntes, primum ante portam adiverunt ecclesiam *S. Pauli* amplam & vetustam adjunctam egregio monasterio *Benedictinentium*. Ibi ostensa eis fuit ara, sub qua aliquot annis commorata esset sancta *Brigitta*, Regina Succinæ, cum qua loquuta fuerat imago lignea crucifixi, ad dexteram altaris, non multum remota in altum, id quod non credit asserenti Pellicanus. Processerunt inde ad *S. Anastasiam*, Ecclesiam *Cænobii Cisterciensis ordinis*, juxta quam minor quædam Ecclesia *ad tres fontes* dicta, qui dicebantur erupisse, dum ter caput *D. Pauli* amputatum subsilisset. Scribit Pellicanus considerasse se ter, scaturiginem ejusdem esse aquæ, ex inæquali altitudine defluentis. Adfuerunt eadem horâ isdem fontibus duodecim prædicatorii vestitus fratres *Mauri* ex

Satellites
Papa.

Eleemosy-
na regis
Portugalia
pro mona-
chu.

Roma quid
actum.

Loca in-
dulgentia-
rum Rome

Brigitta
fabula.

Tres fon-
tes orti.
ubi Paulus
capite
plectus.

Anguilla-
rum mul-
titudine.

Romam
ingreditur
Pellicanus.

Ara cæli
templum
Roma.

Monacho-
rum ibi sui
ord. nome-
ru.
Reliquia
Petri &
Pauli.
Papa bene-
dicit mo-
nach.
Monacho-
rum anti-
phona.

Veronica
Roma in
templo Pe-
tri.

Papa in
mole A-
driani se
continet.
Processio
Roma so-
lennis.

India, qui ejusdem Ecclesie indulgentias ambierunt. Postea pervenerunt ad *Capellam* satis amplam, quae dicebatur *Annunciata*, sine omnibus ornamentis, quibus etiam alia templa carebant, praeter unicum crucifixi signum ligneum, sic fabrefactum; ut faciem verteret ad latus dextrum. Deinde ad Ecclesiam sancti *Sebastiani* amplam satis, in qua crypta aperta quidem superius; ut descenderetur per gradus; & altare erat unum, in quo poterant missam celebrare duo versis ad se vultibus; sed aspectum tabula quadam impediente. Ibi duo provincialiter missificarunt ad redimendas animas singulas de purgatorio; alii volentes missare, qui secum panem & vinum non attulerant, a Monachis Cisterciensibus ea impetrare non poterunt: ideo & ipsi coacti sese exuere sacris denuo: & miseris animas per missam ex purgatorio liberandas, per avaritiam Monachorum diutius exercuari oportuit.

Anima per monach. avaritiam non possunt liberari.

Sacellum, Domine quo vadis.

Gradus ante praetorium Pilati nunc Roma.

Crypta martyrum

Adit Roma Pellic.

Alverna mons S. Francisci stigmata.

Inde regressi in urbem per viam *Appiam*, ubi in quodam bivio ostensum sacellum, quod dicitur, *Domine quo vadis*, cum pictura *S. Petri* Romam fugientis, cui eo loci Christus dicitur occurrisse, quem Petrus interrogavit, *domine quo vadis?* Christum contra Petro respondiisse: *Romam vado iterum crucifigi.* Id audiens Petrus admonitus rediit Romam, & ibi est crucifixus. Postea ad *S. Joannis Lateranensis* amplam & magnam ecclesiam pervenerunt, juxta quam ambitus fuit, in cujus latere appendix, ecclesia parva *S. Joannis Baptistae* dicta: & gradus circiter viginti, qui dicebantur fuisse olim Hierosolymis ante praetorium *Pilati*. Eos gradus vetulae & peregrini jussi sunt genibus ascendere, pro redemptione unius animae de purgatorio. Deinde ad *S. crucis Ecclesiam*, circa quam monasterium Carthusianorum; sed non sic inclusorum, ut nostrates sunt. Post prandium indulgentias petierunt ad *D. Petrum*, & ad *Minervam*, ad *Mariam majorem*, & ad *D. Laurentium*; ubi etiam tumbaerant sub terra, prolixi & tenebrosi meatus; ut luminibus opus esset, non sine periculo erroris, nisi praecedentes & gnaros locorum habuissent. Dicebantur fuisse *crypta martyrum*. Tandem ad aram caeli egressi sunt. Voluisset ruinas antiquissimorum aedificiorum & thermarum videre Pellicanus: sed non data est copia discurrendi, nec carebat latronum periculo.

Circa medium Junii, Romam dimissi, iter fecerunt versus veterem urbem *Aretium*, quam non fuerunt ingressi, habentes extra moenia monasterium, statimque ceperunt ascendere montana Apennini montis, ad montem qui dicitur *Alverna Minoritis*, ubi *S. Franciscus* dicitur stigmata Christi quinque vulnerum accepisse. Altissimus est mons, & per totam ferè Italiam conspicuus, sylva pulcherrima, procerisque arboribus tectus, cum pulchris planiciebus tribus, in latere orientali, australi & occidentali: in quibustria fratrum

templa non parva, & unum egregium monasterium, in quo quadraginta tunc fratres, rigidè viventes, quo ad victum. Nostrates nihil cibi biduo habuerunt, nisi *alidam aquam cum paucis pisces, fabas crudas de agro allatas, panem verò & vinum* commodè sufficientia. A monte *Alverna* descendentes, per anfractus montium pervenerunt ad loca planiora versus *Forolinum*. Deinde transiverunt *Romandiolam* ipsam; urbes multas ordine, ut est *Forolinum*, *Faventia*, *Forum Corneli*: quae *Imola* dicitur, *Bononia*, *Mutina*, *Regium*: inde deflexerunt iterum versus *Mantuanam*: inde *Veronam*, hinc versus *Clusam*; ut tandem redirent *Rofertium*, hinc per *Tridentum* ad *Bozen*: tandem ad domum suam in *Brixinenli Clarissarum monasterio*. Ibi aliquot diebus idoneis cibis recreati: Pellicanus in febrim incidit, & magno labore Alpes superavit venitque in *Suaz*. Provincialis cum sociis eum ibi relinquentes donec melius haberet, navigio abierunt.

Monachum ager pervenit: ubi capitulum provinciale ab mense Augusto fuit celebratum. Paulatim ex morbo recreatus, rogavit provincialem; ne se *Guardianum cum patribus capituli* ordinaret, in aliquo loco: malle docere fratres, ut multis annis fecerat. Patres eam leges assentiebantur; ut officium *visitatoris sororum tertii ordinis* susciperet, per terminos *Sueviae superioris & inferioris*, quae est *Algoia & Wirtembergensis*, domos scilicet circiter sexaginta. Tali ipsium officio honorandum censentibus, quod aliis gratum erat; respondit, se malle *tres Guardianatus fratrum subire quam id oneris sibi importabilis & periculossimi*. Patres id audientes, eum ordinarunt *Guardianum* in conventu *Rubeacensi*, quo pervenit circa Cal. Septembris, anno *millesimo quingentesimo decimo septimo*. Illo tempore statim ab initio anni *decimi octavi* circumferri ceperunt sermones quidam *Lutheri de poenitentia*. Pellicanus Basileam petiturus casu devenit *Mulhusium* ad mensam commendatoris; ubi plebanus doctus, ordinis *Teutonicorum*, articulos erat nactus *centum* impressos. Hos cum legendos Pellicano in mensa exhibuisset, & legisset: obstupuit, quod illa palam proferrentur. Dixit tamen, se non esse certum de primis *viginti sex articulis*, qui de purgatorio, de quo dubitaret an esset, quando in antiquis *Patribus Augustino*, & eum precedentibus, & in sacris literis nullum tale inveniretur purgatorium: de indulgentiarum autem materia, de confessionibus, de primatu Pontificis, quae sequerentur in reliquis *septuaginta articulis*, prorsus nihil dubitare: sed habere pro verissimis. Verum necessarium fore: ut *Lutherus de hac re clare adhuc, & clarius disserat, id quod facturum speret, si vivat*. Id tunc dixit in mensa coram multis doctis. Itaque mansit in *Guardianatu Rubeacensi* usque ad annum *decimum nonum* post Pascha. Illis itidem diebus *Erasmi lucubrationes* celebrari ceperant, prodeunibus tunc *paraphrasi* bus ejus in *epistolam Pauli ad Romanos*; quarum

Rigidum monasterium Pellic.

capitulum provinciale Mantuani.

Comitia Augusti.

Monach. venit Augusti Depratur Guardianum.

Visitator sororum ordinatum.

Recusatio Guardiani.

Fit Guardianus Rubeaci.

Libri Lutheri.

Articuli ejus centum.

Opuscula Lutheri de poenitentia imposita.

Judicium Pellicani de re. Purgatorium.

Fabri. Francisci Regium.

Capitulum Mantuani.

Erasmus lucubrationes.

quarum exemplaria à Frobenio cum accepisset Pellicanus, prælegit junioribus fratribus: ut pariter Paulinam imbiberent Theologiam, & Latinam linguam puriorem discerent. Placuit aded fratribus; ut in aliis quoque conventibus passim *Erasmica* legerentur avidè. Eodem anno celebratum fuit secundum generale capitulum totius ordinis *Lugduni in Gallia*; ubi successor electus est generalis minister *Franciscus* minister *Lecheti* Cardinali creato *Christophoro Foroliviensi*, qui Romæ generalis electus de observantinis, statim creatus à Papâ fuerat cum aliis triginta Cardinalibus, dum Romæ Pellicanus fuit; commissarius jam antè fuerat ille in indulgentiis generalis per aliquot Archiepiscopatus in Italia, & collectas pecunias Papæ obtulerat.

Eodem anno *comitia* sunt *Augustæ* celebrata; in quibus legatus apostolicus *Thomas Cardinalis* tituli *S. Sixti*, qui *Lutherum* ob articulos illos centum citaverat *Augustam*, cujus negotii acta extant publicè. Interea passim etiam *Basileæ* impressa & lecta sunt multa *Lutheri* opuscula, quæ magno applausu passim in Germania excipiebantur. *Ecclusius* tamen reclamavit, instituta *Lipsica* disputatione ad annum sequentem. *Lovanienfes*, *Parisienses* & *Romani* *Lutherana* omnia damnabant, & excommunicabant; pauci verò id curabant. Anno decimo nono post pascha Pellicanus descendit ad capitulum generale *Oppenheimii* indictum: in quo ordinatus fuit *Gardianus* conventus *Basiliensis*. Jam enim ibi à fratribus erat electus & in capitulo confirmatus, pro consuetudine ordinis. Itaque ad festum *Pentecostes* pervenit *Basileam*. Quo tempore multi libri *Lutheri* impressi sunt *Basileæ*, opera *Beati Rhenani*, primum quidem à *Joanne Frobenio*: sed *Erasm. Rotodamo* instante epistolis, postea nihil *Lutheranum* impressit. Id quod vehementer profuit *Adamo Petri*, qui libellos ferè omnes, qui *Wittembergâ* allati, Pellicano annotationes addente, magno suo commodo impressit, usque ad annum 25. Anno 20. impressa fuerunt omnia, quæ tunc extabant opuscula *Mart. Luth.* in unum codicem ab *Adamo Petri*, Pellicano colligente & ordinante. Eodem anno celebratum fuit capitulum provinciale *Ambergæ*, propè sylvam *Bohemiam*, quod accedere coactus transivit *Constantia*, ubi apud *Minoritas* muneribus & præsentia suâ honoravit ipsum *Joannes Fabri*, & *Urbanus Reginus*, qui tunc erat in *Spiritualibus* vicarius *Episcopi Constantiensis*. Postea *Ulmam* profecti inde navi conductâ multi *Gardiani* cum sociis descenderunt *Danubio Lavingam* usque: ubi hospitio exceptus est à *Cassaro Ammonio* *Augustiniano*, *Hebraicè* docto, olim *Provinciali* ordinis per *Germaniam*. Deinde venerunt *Ingolstadio Ratisbonam*, ubi *Idolum* erectum *speciosa virginis Mariae*, in loco, ubi fuerat *Judæorum Synagoga*, viderunt: qui anno præterito ejecti

fuerant ex urbe. Fuit concursus mirabilis omnis generis hominum ad illam imaginem, quam viderunt & unâ adoraverunt, ut reliqui.

Postridiè ingressi sunt *Ambergam*, numero centum & viginti amplius. In illo capitulo iterum electus est in ministrum *Provinciae Caspar Sazgerus*, qui fuerat *Gardianus Noribergensis* triennio. Rediit Pellicanus *Basileam*. Post hoc verò capitulum cepit prædicator exponere *Evangelium secundum Mattheum*, quod & finivit infra annum cum dimidio, sequutus vetustos Patres, idque cum fructu & approbatione frequentissimi auditorii etiam doctorum: verbum verò *Evangelii* erexit conscientias: irritavit autem hypocritas, postea perrexit: hic multi commoti sunt.

Post coronationem *Caroli V. Aquisgranii* celebratam, ceperunt *comitia Wormatiensia*, ad quæ *Lutherus* quoque vocatus suæ doctrinæ rationem reddidit: attamen instigantibus *Romanis*, libri ipsius horrendo edicto à *Cæsare* damnati fuerunt: sed non est id observatum, neque *Wormatiæ*, neque alibi: quin impressi, venditi & lecti sunt, & ejus & asseclorum tantò ardentius. In fine anni ex *comitiis Basileam* venit Pater *Franciscus de Angelis*, *Hispanus*, provincialis *Provinciae*, quam *Angelorum* vocabant, per totam *Hispaniam* diffusam. Is *Cæsaris* legatus festinabat in *Hispaniam*, ad sedandum quendam tumultum, & cum Pellicano integro biduo manens, multa est locutus de causa *Lutherana*, quæ magna ex parte arrisit viro bono, & docto; de ordinis quidem constitutionibus multa fuerunt colloqui; in quibusdam immutandis, quæ postea in conventu generali *Carpensi* (ad quem Pellicanus quoque à tota *Provincia* in capitulo nuncius futurus electus quidem fuit; sed adesse non potuit) omnia proposuit: at non eodem tempore determinata; sed in sequenti tandem generali congregatione fuerant ordinata. Et erat is annus *Domini millesimus quingentesimus vicesimus primus*, in quo non fuit celebratum capitulum fratrum provinciale; sed *comitia Noribergæ* indicta quorundam Principum; ubi decretum *Cæsaris* contra *Lutheranos* magna parte remissum fuit in imperio: sed non in Principatu ducum *Austriæ*. Eodem anno *Marsilii Patavini* liber contra *Papatum* tempore *Ludovici IV.* scriptus, opera *Beati Rhenani*, qui in eum mutato suo nomine præfatus est, in lucem prodit. Item historia *Henricorum Cæsarum* IV. & V. Anno *millesimo quingentesimo vicesimo secundo* post Pascha, celebratum est capitulum *Leonbergense* in *Suevia*: in quo cum comparuisset Pellicanus cum reliquis, primum locum habiturus inter omnes, ob honorem conventus, & loci *Basiliensis*, accusatus fuit à quibusdam publicè *Lutheranissimis*: & jam ut excommunicatus, & indignus, qui adesset capitularibus actionibus, præfedit *Sazgerus*. Respondit inter alia Pellicanus:

Explicat
Evangel.
Matth. 1

Comitia
Wormat.

Francis. de
Angelis
Hispan.

Comitia
Noribergæ.

Marsili
Patavini
liber con-
tra Papa-
tum.
Hist. Henr.
Cæsarum.

Accusatur
Lutheran.
Pellie.

nihil sibi constare de aliqua excommunicatione lata contra se, qui decretum Papæ nullum vidisset; sed postquam audisset passim jactari, cessasse à promotione librorum Lutheri, præter quorundam, qui nondum essent damnati: ut erat opus Psalmorum aliquot, quibus adjecit quosdam Hebraicos characteres, rogatus à Lutheri per Epistolam. Atque sic fuit decreto patrum admittus. Et cum communis esset consultatio, de prohibendis fratribus omnibus à lectione librorum Lutheri; consilio ejus & patris ministri provincialis decreto, ordinatum est: ut simplicioribus fratribus prohiberetur; sed docti fratres & prædicatorum officium exercentes, diligenter legent Lutherana; ut de iis judicare possent, & privatim atque publicè redarguere errores, contra scripturas canonicas, & veritatem. Sic illi capitulo ultimo interfuit, in via autem invenit in thermis *Cellensibus*, propè *Hirsgaugiam*, lavantem infirmum *D. Joannem Reuchlinum*, cum quo aliquot horis de multis collocutus eum ultimò vidit. Sequenti enim *Majo* obiit, *Stutgardia* sepultus vir doctiss. & justo zelo succensus pro veritate asserendâ, & sacrarum literarum studio promovendo.

Libris Lutheri in-
serdictum
monachis
junioribus.

Reuchlini
ultimò vi-
des Pellic.

Apotheosis
Capnionis.

Sazgeri
tragœdia
cum Pellic.

Senatus
suam au-
soritatem
interponit.

Reversus Pellicanus Basileam, Erasmo narravit de obitu, & suo colloquio, occasionemque præbuit dialogo illi de *apotheosi Reuchlini*. Sicut & eidem, quod de *Franciscano Conrado & Bernhardino* lusit, suâ faciendâ illustrans historiam veram quidem; sed humiliorem, quam quæ legatur. Anno *vicefimo tertio* tempore *quadragesimali*, provincialis *Sazgerus* Basileam profectus, audiit à Doctoribus Universitatis Basiliensis, & à Canonicis quibusdam Ecclesiæ majoris, querelas graves contra ipsum Pellicanum *Gardianum*, contra *Vicegardianum Joannem Kreis*, & contra prædicatorem *Joannem Luthart*, & alios, quod Lutherani essent, & promotores librorum Lutheri; quibus permotus, decrevit cum suis consiliariis istos tres loco movendos; tamen cum honore & citra contumeliam, substituendosque alios in eorum locum. Id cum innotuisset senatui Basiliensi, communicato inter se consilio, miserunt ad provincialem duos Senatores ex primoribus, denunciante eidem, ut accusationem, contra illos tres latam indicaret, quam Senatus omninò scire & audire vellet. Negavit primum provincialis, nolens procedere accusatores dominos & magistros: mox audit sententiam Senatus esse; ut tres è monasterio mittat, statim reliquos fratres omnes ejiciendos esse, qui tum numero erant supra *quadraginta*. Verum provincialis existimans Senatores hos Lutheranos, & alteri parti ad dictos esse, provocavit ad Senatum utrumque colligendum. Id illi concessum est ad *Sabbatum* imminens hebdomadæ *Paschali*, eâ ratione; ut prædicator, & Pellicanus pariter comparerent in senatu, rationem daturi actionum suarum, & responsuri ad accusationes proponendas provincialis.

Comparuit cum suo socio *Joan. Wintzler* & confessore, Pellicani advertariis, & longo sermone exposuit negotium totum, & causas, ob quas cogeret amovere illos tres ad alios conventus, & ipsorum conventus melius providere. Accusavit eos Lutheranismi, & quod hujusmodi librorum editionem promovissent. Statim à prandio iterum vocati sunt ad Senatores quosdam, audituri sententiam Senatus; quæ fuit, ut festinarent urbe egredi, re infectâ, quam molirentur. Quin si illos tres volentes volentes urgerent egredi urbe; decretum esse, omnes reliquos Minoritas ex urbe statim ejicere. Sic provincialis abiit cum sociis suis, & confessore monialium *S. Claræ in Gnadental* *Gregorio Heilmann*, doctore, ubi consilium suum cum doctoribus & canonicis habuerant. Sed & eodem decreto denunciatum est quatuor ordinariis lectoribus; duobus in Theologia magistris, *M. Mauritio Augustiniano*, & *D. Joanni Gebvulero* Doctorem in canonicis, *Joanni Mernach* & *Joanni Wonecker* Medico; qui stipendia habebant à Senatu, ne posthac expectarent stipendium pro lectionibus; sed ab illis cessarent. Porro abeunte provinciali, non amplius redituro, Pellicanus dimissus; in officio cum sociis ordinarius lector in Theologia statim ordinatus est Doctor *Joannes Oecolampadius*, qui etiam antea *Jesaiam Germanicè*, omnibus audire cupientibus, legerat. Sed ex illo tempore cepit prælegere epistolam ad Romanos: & Pellicanus in locum *Augustiniani* Doctoris surrogatus est, lector Theologus, qui in amplo satis auditorio, prælegit *Genesim* integro anno: deinde *vicefimo quarto* anno, prælegit *Proverbia Salomonis*, postea *Ecclesiasten* usque ad *Februarii finem* ferè, anni *vicefimi sexti*. Cum eodem *vicefimo sexto* anno celebraretur capitulum provinciale in conventu *Landshutensi*, Senatus Basileam misit nuncium cum suis literis ad cœtum illum, & exposuit quid actum esset; & quid fieri vellet de conventu fratrum, & Sororum *S. Claræ in Gnadental*; scripsit etiam Pellicanus, 3. Calend. Augusti, non ad Provincialem *Sazgerum* (qui ei ante semper amicus, hoc verò tempore offensus videbatur) sed ad *Alexandrum Moltoris* tùm *Gardianum Moguntinensem*, qui in illo capitulo Provincialis electus est, veterem amicum, de causa sua, & ad illum se excusavit rogans; ut aliis quoque suam epistolam ostenderet, quia sciebat se passim malè audire.

In illo Capitulo *Sazgerus*, ut ex amicis intellexit, ipsi testimonium dedit integræ famæ & vite, hortatusque est fratres; ut à calumniis, quibus eum impetebant, sibi temperarent. In eodem tumultu motus est ab officio regendi fratres, & ei subrogatus est Romanus quidam, qui annis multis Basileæ confessor primorum civium & matronarum fuerat, homo indoctus, nec integræ famæ: ille benignè ipsum

Sententia
Senatus.

Doctores
exantores
Basileæ.

Joann. Oecolampadius
lector.
Theol. Basileæ.
Item Pellicanus.

Capitulum
Landshutense.

Sazgeri
testimonium
de Pellic.
Submota
tur Pellic.

Me. Mayer
conf. Basileæ.

ipsum tractavit. Nam stipendium, quod lectori Theologico dabatur, concessit, ad victum & necessitatem fratrum conventus: verum occultè cives ipsi infestos reddidit; ut ipsum & *Luthardum* urbe expellerent: sed ante finem anni, cum scorto deprehensus, anno *millesimo quingentesimo vicesimo quarto*, successorem habuit virum bonum & doctum, *Matthiam Meisenbachium*. Is in mandatis accepit, ne Pellicano & prædicatori molestus esset, quod & fecit. Veniebat quotannis pro more principalis minister qui erat *Alexander Molitoris*: hic paternè Pellicanum, prædicatorem, & tertium eorum fratrem tractavit.

Perrexit prædicator Evangelium annuncians, Pellicanus in sua lectura cum *Oecolampadio* alternis legentes in schola Theologica, quæ cœperant: tertius frater *Ioannes Krets*, qui invitis parentibus monasterium ingressus fuerat, ab illis revocatus, *Argentina* Magister ludi factus, domino fideliter inservivit; Pellicano filius & frater charissimus.

Etsi verò Gardianus ei faveret, tamen fratres quidam ipsum odio habuerunt, maximè coquus & cellarius. Viri igitur boni, inprimis *Adamus Petri*, ultimo anno, quotidie ferè ipsi cibum & potum miserunt, timentes ne illi vitæ ipsius insidiarentur.

Mense Februarii, plures quam *septuaginta* opulenti & pii cives, suo & aliorum amicorum civium nomine rogarunt: ut in sua Ecclesia, quæ ampla esset & in urbis medietate sita, pro tot horarum cantionibus, & tot missis, per horam dimidiam quotidie sermonem ex novo Testamento haberent: aliquot eorum, libenter id se facturos promiserunt, quod regula *Francisci* conforme videatur, reliqui verò noluerunt, dicentes: *Lutheranum esse, diebus profanis prædicare*. Offenderunt igitur suos patronos; Pellicanus dixit pecunias, quæ pro laboribus suis sibi darentur, ad suæ vitæ sustentationem usurpaturum.

Anno *millesimo quingentesimo vicesimo quinto*, ad capitulum provinciale *Cruceiaci*, oppido Palatinatus, quod celebratum fuit circa Dominicam *Lubilate*, ad fratres ultimam epistolam misit, in qua exposuit, quid hæcenus gestum sit in illorum conventu, & se excusavit. Rediens Gardianus animo fuit erga ipsum benevolo, aliis dicens, *commissum sibi à patribus, ut sineret Pellicanum agere, quæ ageret*. Illo anno, *Frobenio* rogante, confecit indicem in *Plinium*, & in opera *D. Hieronymi*: quia *Oecolampadi* index non amplius ad hanc editionem quadrabat, idque maximis laboribus.

Anno *vicesimo sexto* die *S. Stephani*, *Zwvinglii* nomine Senatus Tigurini & deputatorum Pellicanum Tigurum vocavit, ut succederet *Iacobo Ceperino*, qui Hebræa, in lectione Biblica recens instituta, prælegerat. Etsi verò triennium jam sacra proposuerat suis auditoribus; tamen se non satis idoneum existimans illi oneri, neque *Zwvinglii* votis posse respondere, consilio amicorum, & inprimis *Jacobi Meyeri* consulis, qui Pellicanum pluri-

mum amavit, usus est: qui omnes suaserunt, ne honestam hanc vocationem detrectaret, quia adhuc tardius proficeret *Basileæ* reformationis institutum, & ipse inter fratres dissentientes tutus non esset. Missione igitur à senatu impetrata, compositis suis rebus, *vicesimo* Februarii, comitatus *Petro Fleckio*, qui Monachus etiam fuerat, & *Henrico Billingo*, iter ingressus est.

Tigurum ut venit *Zwvinglii* hospitio usus est, donec domus sua instrueretur. Magna verò lætitia fratrum, *Zwvinglii*, *Leonis*, *Myconii*, *Ammiani*, *Collini*, *Megandri* & aliorum exceptus est, qui postea amici ejus perpetuò fuerunt. Priusquam libri ei afferrentur, in lectione Theologica, *Leo* Judæ Hebræa prælegebat, & interpretabatur. Is primus fuit, quem Hebræa legentem audivit. Calendis autem Martii non casu contigit, ut prima lectio ei prælegenda occurreret capite *decimo quinto Exodi*. Eam in hanc exorsus est sententiam: *Gratia Deo meo, qui me ereptum ex Ægypto & ab Ægyptiaca ac Papsifica captivitate, fecit transire mare rubrum, ut nunc mihi cum sanctis liceat canere canticum illud sororis Moysi, & dicere cum gaudio: Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est*. *Decimo septimo* Martii supervenerunt libri, & vestes paratæ impensis *Frobenii* duplices, ad necessitatem, pro diebus festis & profestis. Ibi deposuit cucullum, & communibus illis vestibus usus est, annos *quadraginta octo* natus. Oblati ipsi erant aliquot *coronati*, inter quos duplex, in quo imago erat *S. Francisci*, cum inscriptione, *miraculum amoris*, moneta *Mirandulana*, quæ ei vice omnis suscepta, quod non abhorreret pius *Franciscus* à se propter mutatum habitum: qui & ipse jam aurum non sperneret, quantumvis Deo charus & beatus. Coactus fuit tunc valores monetarum discere, qui à *triginta tribus* annis nihil tale vel semel tetigerat, vel habuerat.

Amici deinde suaserunt, ut exemplo aliorum sacerdotum, uxorem duceret, ne scandalo esset Ecclesiæ. Mense igitur Augusto duxit *Annam Frisiam*, *Ioannis Frisi*, Ludimagistri sororem, egregiam sceminam. Hoc ejus institutum omnes probarunt, solum *Zwvinglius* miratus fuit, sollicitus de ejus aetate, timebat, ne conjugium ei infelix obveniret. Ibi tunc ergo Dei gratia domestica cura exoneratus, majorem incumbendi literis quàm unquam occasionem habuit. Statim etiam docti homines advenæ, contubernium ejus expetiverunt, aded ut rarè sine hospitis esset. Multi enim persecutionis tempore Tigurum amore Evangelii discendi, docendi, & servandi confugiebant. Anno *vicesimo septimo* sustulit filium ex suâ uxore, quem *Samuëlem* vocari voluit, quia tunc historia *Samuëlis* pueri, in scholis Theologicis prælegebatur, & mater *Anna* dicebatur, & ipsius quoque nomen ad *Elcanæ* alludebat. Uxor illa obiit anno *trigesimo sexto*, mense *Octobri*. Hortatu autem amicorum, mense *Januario* sequentis anni

Ed abis.

Amica accipitur.

Prima lectio Pellic. Tigur.

Cucullum deponit.

Moneta Francisci imagine insignita.

Ignarus pecunia valoris.

Ducit uxorem.

Alteram sâ mortuâ.

alteram duxit *Elisabetham*, ex qua nullos liberos habuit.

*Edic Biblia
Hebraicè.*

Eodem anno disputatio Badenæ fuit habitata: Pellicanus opera *Damiani Irmii* Basiliensis mercatoris, secundam editionem Bibliorum Hebraicorum cum comment. Judæorum *R. Abraam Abenezra*, & *R. Salomonis* in Prophetas sibi comparavit. Item *librum radicum & Michlol* Constantinopoli impressos. Anno *viceſimo octavo* in Januario celebrata fuit disputatio *Bernensis* integro ferè mense, cui cum aliis multis Pellicanus interfuit, & conciones, quæ ibi à peregrinis habitæ sunt, in unum volumen collectas, in lucem dedit.

*Disputatio
Bernensis.*

*Prælegit
Genesin
cum Am-
miana.*

Anno *viceſimo nono* quinta Septembris abiit *Zvvinglius Marpurgum*, ut de cœna Domini cum *Luthero* colloqueretur. Absente illo, *Ioannes Ammianus & Pellicanus* prælegerunt *Genesin* usque ad decimum sextum caput. Cum audisset tum monasterium Minoritarum Basileæ evacuatum, veritus ne libri, quos laboribus suis diuturnis & magnis comparat à chalcographis distraherentur, acceptis literis à Senatu Tigurino ad Basiliensem, illos obtinuit, & meliores ex illis Tigurum misit.

*Synodus in
Frovvens-
feld.*

Eadem ætate *Synodus* celebrata est in *Frovvensfeld* celebris, cui interfuit cum *Zvvinglio*. Finito autem cursu viginti quatuor librorum Biblicorum à *Zvvinglio*, aliud jam quod ageret non habebat, videns autem non sufficere studiosis Theologia, tractationem Grammaticam & brevem indicationem rerum; utile fore iudicavit, ut ex singulis capitibus & versibus, doctrina fidei & morum ad ecclesiæ ædificationem exciperetur, qua studiosi sacra scripturæ postea commode possent uti. Rogarat doctos quosdam, ut id facerent, viderat etiam à *Luthero* in Deuteronomio, à *Pomerano* in libris Samuelis, à *Melanchthone* in parabolis Salomonis, tale quid tentatum, doluit ergo eos non pergere, ut poterant. Quare cum otium suppeteret, ipse id aggressus est: ut alios exemplo excitaret. Non quidem mens ei fuit, ut illi libri in publicum prodirent, nisi ab aliis fuissent antea expoliti. In *Exodo* primum periculum fecit *Cal. Aprilis*, breviter annotando, quæ in quolibet capite cum fructu doceri possent. Interea Grammaticæ Hebrææ præcepta discipulis suis tradidit. Cum autem mense Augusto *Pentateuchum* absolvisset; Prophetas priores explicandos sibi desumpsit, quibus finitis libros *Paralipomenon, Esdras, Nehemiam, Estheræ* exposuit, ut gesta majorum tam sanctorum, quam impiorum, non essent scandalo, sed eruditioni. Usus autem est in illa explicatione sacrarum literarum veteribus & recentioribus, Latinis & Hebræis scriptoribus. De Prophetis posterioribus interpretandis, non fuit sollicitus, quod *Oecolampadius* omnes ferè exposuisset, quibus nihil putabat se posse addere. Aliquid tamen in *Cantico canticorum*, quod Basileæ publicè legerat, tentandum existimavit. Videns autem difficilimum hunc libellum sibi satis feliciter pro sua conscientia explicatum, cœpit nescio quo spiritu

impelli, ut quæ ab aliis pluribus libris explicata essent, brevius traderet, additis Judæorum Rabinis. Reliquos igitur libros veteris Testamenti interpretatus est. *Psalterium*, quod dudum Basileæ exposuerat, furtim ipsi sublatum fuerat, & Argentinae impressum, id sub incudem revocavit.

Dum hæc agerentur, quidam Typographo *Froschovero* indicarunt, talia Pellicanum molitum, is rogavit, ut aliquem ex libris illis sibi edendum concederet, & ut specimen daret futuri operis. Pellicanus qui hujusmodi nihil cogitaret, libellum Ruth emendatum ei tradidit, quem ad nundinas autumnales vanum exponeret. Innotuit hoc *Zvvinglio*, qui miratus est, & quia erat brevissimum opusculum, permisit edendum. Sed iudicio Domini volentis erudire, exercere & castigare Tigurinam Ecclesiam *Zvvinglius* Octobri mense, una cum aliis præstantibus viris cæsus est anno trigesimo primo. *Zvvinglio* successit in Theologica lectione *Theodorus Bibliander*, vir linguarum peritus, & in omni genere doctrinarum exercitatus, eloquens quoque atque pius. Pro secundo & principali officio *Zvvinglii*, datus est Dei gratia *Henricus Bullinger* vir pius, eruditus, fidelis, concionator incomparabilis. Undecima Januarii *Bibliander* cursum exorsus est ab *Iesaja*, magna cum admiratione auditorum, quippe, vix annorum viginti trium fuit. Anno trigesimo nono primum cursum confecit, hoc est, omnes libros Biblicos Veteris Testamenti absolvit. Secundum cursum rursus cepit non à *Genesi*, sed sicut cœperat ab *Iesaja*, quem 11. die Augusti anno *trigesimo nono* feliciter auspicatus est. Postquam verò Pellicanus finierat commentarios qualescunque, cepit instare Typographus, ut eos correctos in lucem daret. Se enim à studiosis & bibliopolis urgeri, ut eos prælo committeret. Pellicanus videns mediocria & simplicia scripta, mediocriter doctis placitura, & quòd illorum major sit copia quàm eximiè doctorum, gratificari petentibus volens, *primum totum* in lucem edidit: adhæc cogitabat se à triginta annis & amplius, in hunc finem, ut sacras literas intelligeret, operam Hebræicæ linguæ dedisse, & imensos labores sustinuisse. Suum igitur officium postulare, ut suas etiam cogitationes sive meditationes in lucem proferat. Cumque ipsum urgeret, ut alterum quoque, qui historias continet, evulgaret, *secundum primum* edendum curavit, postea *tertium & quartum*. Doctis autem quibusdam instantibus, ut in Ecclesiasticos quoque libros, ut vocant, annotationes scriberet, illis etiam gratificatus est, pro virili sua eos exponens. Cui operi successit index totius sacrae bibliothecæ, in illorum gratiam, qui in Pellicani commentariis querebantur omiſſas allegationes & concordantias, quod brevitatis causa fecerat. Tardius autem evulgatus est; quia ipsum urgere Typographus non destitit, ut in novum quoque Testamentum scribens, totum Biblicum opus absolveret. A multis igitur dicto, qua

mello-

*Zvving-
glium in-
cumbit.*

*Et successit
Biblian-
der, in
profess.*

*Bullinger
in officio
Pastoris.*

*Agat. &
Grenis
in Germ.*

*Libri à
Pellicano
editi &
cur.*

*Novum
quod, Te-
stamentum
explicat.*

meliora videbantur, in unum librum redegit. Apocalypsin non fuit animus explicare. Dedit igitur operam, ut *Sebastiani Meyeri* commentarii, qui valde placebant, in lucem editi, suis operibus conjungerentur. Interim dum hæc egit Pellicanus, cepit diligentius versari in prælectionibus *Bibliandri*. Nam ex quo librum *Josue* auspiciatus erat, excepit, quæ potuit, & postea domi diligentius descripsit, idem fecit in omnibus ferè libris *Biblicis*. Textum quoque receptæ translationis, multis in locis emendavit. Adhæc tota *Biblia sacra* transtulit è *Chaldaico in Latinum*, *Mosen* scilicet, *Prophetas* priores & posteriores, cum *Hagiographis* nempe *Onkelum* & *Jonathan*, cum reliquis etiam in *Canticum*, *Ecclesiasten*, *Lamentationes* & utrumque *Targum* super libro *Hester*, de quo sibi *Judæi* mirè placent. Quin & *Targum Hierosolymitanum* in quinque libros *Mosis*; præter hæc transtulit quædam *Thalmudica* opuscula, librum *Masoreth*, quem *Hebraicum* edidit *Elias* grammaticus, varia item *Hebræorum* commentaria. Scripsit præterea *Germanicam* expositionem, in *Pentateuchum*, *Josue*, *Judicum*, *Ruth*, *Samuel*, *Melachim*, denique in *Iesaiam* & *Jeremiam* *Prophetas*, ad convincendum *Judæos*, quam ob causam transtulit etiam *Ludovici Vivis* disputationem cum *Judæis*, elegantissimum librum in linguam *Germanicam*. Multos quoque libros *Aristotelis* & *Ciceronis* in *Germanicam* convertit, idque hanc ob causam, ut *Philosophia* *Aristotelis* & *Ciceronis*, brevi spatio temporis, ab ingeniosis hominibus, ex populari quoque lingua disci posset, sicut olim in *Græciâ* factum est, & apud *Romanos*, qui illa, quæ in lingua *Græca* utiliter scripta esse animadvertunt, amore patriæ curarunt in suam linguam transferri. Nec enim putavit obtare, quo minus *Philosophia* tradi & intelligi nostra lingua æquè possit, atque aliis: utile etiam duxit, neotericorum methodos *Philosophiæ*, in *Germanicam* linguam transfundi. Adhæc utilius existimavit *Turcicam* linguam discere, quam aliis in disciplinis versari: quando *Turcæ* nobis vicini esse incipiunt, ut tandem eos ad catholicam veritatem, verbis doctrinæ adducere possimus, & humaniores reddere. Post illos labores confecit indices in multos libros maximo labore, priusquam veram rationem eos conficiendi teneret. *Biblia Münsteri Tiguri* edita, contulit ad verbum cum *Hebraica* veritate. *Biblia* quoque *Leonis Juda* & *Theodori Bibliandri* similiter ad verbum contulit cum *Hebræo*, ne quid omitteretur. *Paraphras* quoque *Erasmi* in totum novum Testamentum à *Leone Juda* conversas in linguam *Germanicam*, distinxit, & expositionem *Germanicam Apocalypsis* in fine adjecit, ne manca esset explicatio. *Dictionarium Chaldaicum Sancti Pagnini* Romæ impressum, Munsteri tradidit cum *Thalmudico* suo olim descripto, ut ex duobus illis unum conficeret, quod tandem fecit, & *Basileæ* typis excudi curavit. Egredere quoque per *Marcum Heylandum*, ut conficerentur concordantia *Hebræa*, addita transla-

tionem vulgata, opus magnæ utilitatis, utque daret *Frobenio*, sed neglectum est opus, quia *Sebastianus Gryphius*, cum antevertit, evulgando thesaurum *Pagnini*. *Theodorus* etiam *Bibliander* absolutiorem promisit.

Anno trigesimo sexto circa festum Joann. Baptistæ Zurzacam profectus, inde navigio *Basileam*, postea *Argentoratim* descendens, honestissimè ibi est tractatus. Rediit per *Rubeacum* *Basileam*, multo honore à chalcographis affectus, & fratribus, qui olim ei subjecti in monasterio fuerant. Anno trigesimo octavo Tigurum venit *Michaël Adam* neophytus ex *Judæis*, qui Pellicano consulente cepit cum *Leone Juda* emendare *Germanica* *Biblia*, & per aliquot menses hospitium gratis ei præbuit. Anno quadragesimo ætas erat calidissima, vinum crevit ubique optimum. Anno sequenti mense *Januario* comitia *Wormatia* habita fuerunt, acta illorum scripta ad *Tigurinos* misit *Grynæus*. Acta quoque concilii *Constantiensis* per *Joannem Stumpsium* eo anno sunt conscripta, *Tigurique* *Germanicè* evulgata. Eodem anno, vicesimo primo die *Septembris* jus civitatis *Tigurinæ* consequutus est. Anno quadragesimo secundo calendis *Januarii* *Bonifacius Amerbachius*, à juventute Pellicano dilectus, ipsi dono misit omnia opera *Erasmi Roterodami*, munus longè gratissimum.

Ipse opus *Erasmi Roterodami* paraphrasticum, quod à *Leone Juda* in linguam *Germanicam* conversum recens prodierat, dono misit novo *Episcopo* *Argentinenf*, domino suo & patriæ suæ, una cum epistola, qua petit; ut non tantum grato animo acciperet munus *Erasmi*, qui & ipse *Erasmus* diceretur, sed & curaret legi per dioccesin suam, ab iis sacerdotibus, qui non satis *Latina* intelligerent, & tamen populum verbo *Dei* pascere desiderarent, pro suo officio. Hoc donum *Episcopo* gratissimum fuit, utque suam erga *Pellicanum* benevolentiam declararet, argenteo poculo eum donavit, quod remisit. *Astræti* enim sunt, quotquot *Tiguri* cives & inquitni, bis singulis annis solenni juramento, ne quis eorum ullum munus ab ullo Principe accipiat. Quamquam non ignorarit, ingens discrimen esse, inter muneraria & illa corrumpentia, neque dubitavit de æquitate *Senatus Tigurini*; noluit tamen Principum muneribus inhiantibus occasionem dare contemnendi eam legem. Princeps, lectis literis *Pellicani*, laudavit *Tigurinæ* *Reip.* institutum, & illius quoque obedientiam, & poculum illud forori *Pellicani* unica, *Rubeaci* dono dari curavit.

Anno millesimo, quingentesimo, quadragesimo tertio, *Decemb.* decimo die, *Theodorus Bibliander* præter rationem *Tigurinæ* scholæ, temporari servire cupiens, prælegere cepit *Apocalypsin* *Ioannis*. *Pellicanus* autem inter varia monumenta quæ tunc legit, evolvit & *Waldensium* sanctissima scripta ad *Regem Hungaria*, & *historiam* *Wesaliæ*, olim *Moguntia* conscriptam à *Jacobo Wimpfelingo* qui adfuit, cujus tamen nomen non est adscriptum.

Excurrit
Basileam
& Argenta-
tor.

Ætas ca-
lidissima.
Comitia
Wormat.
1541.

Acta con-
cilii Con-
stantiens.
Fuit civis
Tigur.
Pellican.
Erasmi
opera Pel-
lic. donata

Tigurini
juramento
dona se
non acce-
pturos pro-
mittunt.

Walden-
sium scri-
pta.

Legit

Epist. Oecol. & Zwinglii

Joseph. Budensis Vngarum.

Invisite suos Pellic.

Basilea prolixè excipitur.

Joann. Frisii peregrinatio literaria. Adversus Hebraeos, qua vertit Pellicanus

Legit etiam *Epistolas Oecolampadii & Zwinglii*, librum optimum & virorum illustrissimorum & dignissimorum æterna sanctorum memoria: cum prologo verissimo, doctissimoque *Bibliandri*. Hospitem tunc temporis habuit nobilem, & doctum virum *Josephum Vngarum Budensem*, cujus parentes Pestam se transfulerant *Cassoviam*, priusquam Turca Budam caperet. Is quinque annis operam dederat bonis literis & Theologiæ *Wittembergæ*, voluitque ante reditum suum ad parentes, invisere Ecclesias Germaniæ, & doctos audire. Venitque *Spira*, ubi Cæsar comitia celebrabat, *Argentinas*, ibi aliquot diebus cum fratribus colloquutus est, præcipuè autem cum *Bucero de causa sacramentaria*, à quo impetravit sententiam scriptam de cœnâ Domini. Audivit à *Tigurinis* quoque de ea re sententiam & fidem; legit epistolas, & alia quædam *Zwinglii & Oecolampadii*; ædificatusque abiit, præ aliis *Argentinesem & Tigurinam* Ecclesiam commendans, in doctrina, moribus, & ceremoniis. *Bibliander, Gualterus*, junior *Zwinglius & Froshoverus* Constantiam eum deduxerunt: *Pellicanus Vitodurum* usque.

Exeunte Julio Basileam cum uxore descendit, hinc *Rubeacum*: ut salutaret sororem. Ibi à patritiis in pratorio, & *D. Wilhelmo Bœcklin*, præfecto Episcopi *Argentinesis*, in arce peramanter & honorificè exceptus est. Incidit autem *Rubeaci*, in annosam matronam *Barbaram Häslerin*, oriandam ex valle *Gregoriana*, familiarem sorori; quæ veram religionem divinitus edocta, fidem simpliciter & sanctè confessâ est, & recitavit, quod olim multa à magistratu ob illam passâ, eamque animosè defendendo manus licetoris evasisset. Redcuntem *Basileam* invitavit *Senatus, Universitas & Chalcographi*, & prandio honorarunt: Adsederunt *Adelbertus Meier, & Theodorus Brand. Coss. Marcus Heidelin*, magister civium, & *Blasius Schollius* senior magister civium, cum multis consulibus, simulq; *Myconius, Wolphgangus Amerbachius, Osvaldus, Cellarius, Sebastianus* doctoresque reliqui & impressores; accurrentes alios locus non capiebat, finito convivio *Coss. decreverunt*, ut in *Tigurinorum & Pellicani* honorem ex ærario omnia expenderentur.

Absoluta apocalypsi Joannis cepit *Theodorus Bibliander* *Genesin* magna diligentia interpretari: ubi diligenter *Pellicanus* excepit omnia. Mense Decemb. descripsit scripta *Joan. à Lasco* Baronis *Poloni*, veteris amici, de sacramentis, & Magistri *Regneri Scholarchæ Gruningensis* in *Frisia*, optimorum & doctissimorum virorum monumenta, *Tigurinorum* omnia conformia, & consonantia doctrinæ. Anno *quadragesimo quinto*, mense *Aprili* *Joannes Frisius* cum *Grebeliis* nobilibus in *Italiam* profectus, *Bononia & Venetiis* totum *Thalmud & Majamonem*, atque alios multos libros attulit, quos *centum viginti florenis* emtos, omnes ferè *Pellicanus* convertit. Nihil attinet singulorum librorum titulos hoc loco recitare.

Anno *quadragesimo octavo* *D. Joanni Hop-*

pero *Anglo*, optimo viro, prælegit commentaria *R. Davidis Kimbi* in omnes *Prophetas Minores*. Principio *Decembris* anni *quadragesimi noni* fuit cum *Pellicano* octo diebus *R. Stephanus*, qui videns, quæ hæcenus transfulerat ex commentariis *Rabinorum* in sacros libros: rogavit obnixè, ut in reliquis omnibus pergeret, idque non ad sensum tantum, sed ad literam quoque pro *Hebraïsmis* discendis. Statim igitur cæteros quoque interpretes, qui partim *Prophetas*, partim omnes libros *Biblicos* interpretati sunt, in *Latinam* linguam translatos, *Genevam*, illi transmisit, ut insigniora ex illis excerpens, in lucem emitteret.

Anno *quingagesimo sexto* tandem *Pellicanus* sacrarum literarum in *schola Tigurina* Professor *Hebræus*, per annos *triginta* non tam propter doctrinam excellentem, quam morum suavitatem & vitæ integritatem, omnibus charus & acceptus, postquam calculo & aliis morbis diu vexatus esset, ex hac vitâ, ipso die resurrectionis *Domini nostri Jesu Christi*, ab ipso evocatus, & in cœmeterio majoris templi sepultus est, anno ætatis suæ *septuagesimo octavo*. Filius ipsius *Samuel*, pædagogus inferioris Collegii postea anno *sexagesimo quarto* peste obiit, relictis tribus filiis, quorum duo *Ministri Ecclesiæ*, & unica filia. Id locum verò senioris *Pellicani* successit *Petrus Martyr Vermilibus*, *Argentorato* à *Senatu Trigurino* acersitus.

Est in *Pellicanum* à *Pantaleone Candido*, Theologo *Bipontino*, epigramma scriptum ejusmodi:

Quâ superum quondam cœlesti ex æthere linguâ
Affatus sanctos est Pater ipse patres:

Exactum callens hanc *Pellicanus* ad unguem,

Cumque Deo potuit, cum superisque loqui.

Maçte vir ingenio: te sacri interprete libri,

Sunt facti illustres jam magis atq; magis.

Atque hæc de *Pellicano* ex *Chronico vitæ ipsius*, ab ipso met in usum filii & nepotum suorum fuscè conscripto: unde videmus quàm crassa fuerint tenebræ illæ, in quibus majores nostri vixerunt: quam multa doctis viris fuerint didiscenda, quæ maximis laboribus didicerant: quam inutilibus studiis, temporum injuria fuerint occupati, quanto zelo, quàm improbis laboribus linguas, artes, & veram religionem in lucem revocarint, è diverso, quam felices sint nostro seculo, quantumvis calamitoso, omnes, qui in tam clarâ luce versantur: qui doctissimis præceptoribus, in linguis, artibus, Philosophiâ, Jurisprudentiâ, Medicina & imprimis Theologia abundant: qui tot bonos codices, parva pecunia sibi comparare possunt. Scribit *Ludovicus Lavaterus*; ex tene *Pellicano* non semel audiisse: quod nullum *Græcum testamentum* per *Germaniam* reperiri potuerit (primum enim ex *Italia* allatum fuisse) quantumvis quis magnam vim auri pro unico exemplari voluisset exponere. Nunc eam esse temporum felicitatem, ut quisq; *scholasticus exemplar* habeat. Vir fuit candidus, sincerus, integer, à mendacio, ob ostentatione omni alienissimus.

MAR-

1556. 14. Sept.
Rob. Stphan.
Dor. Hai. sub. operâ
Diel. 15. & do.
Collega
Samuel
P. Martyr
Epigramma
Sententia
Mortur
Vima &
venaculè
& Latine
pronon-
Tenebræ
superior
seculorum
Crus. in
anal.
lucic.
Felicis
nostri se-
culi.
Cæsar v. l.
mam ve-
at.
Palleres
di custo-
diâ man-
dat.
Novit
flamenc
Graci
lum exem-
plar in
Germani
virtute
Pellic.

MARTINUS FRECHTUS.

Martinum hunc Frechtum à Sueviâ prodiisse annales testantur; jactisque literarum & linguarum primis rudimentis, ad publica accessisse Germaniæ nostræ Gymnasia, è quibus Haidelbergense, etiamnum celebre ac florens. Ibi cum Theologico studio operam navasset egregiam, *Licentiatum* divinx scientiæ, more Academiarum, est renunciatus. Mox in professorum publicorum ordinem coopatus, literas sacras publicè docere cepit: idque circa annum Christi, ut ex epistola quadam Oecolampadi colligimus, *millesimum quingentesimum vigesimum sextum*. Collegam tunc Haidelbergæ inter alios habuit, virum piissimum & doctissimum, popularè suum *Simonem Grynæum*, de quo alibi.

Cum autem Frechtus religioni & pietati sine hypocrysi aut fuce esset deditissimus: magnaque facundia polleret: statim fama de eo ad vicinos & finitimos est dilleminata. Itaque Ulmenis respub. statim post Ecclesiæ suæ reformationem, quæ facta sub annum *millesimum quingentesimum vicesimum octavum* auctore potissimum *Conrado Somio*, Frechtum ad se invitavit, & ea in urbe ut primarium Ecclesiasticum ageret, petivit. Aditus est Frechtus, eamque provinciam magna cum laude & fide diu procuravit, & omnibus gratissimus fuit. Cum autem sub id tempus, in cœnæ negotio, contentio quædam inter Evangelicos incidisset: Frechtus, cum *Bucero & Musculo*, in Saxoniam ad Lutherum profectus, anno *millesimo quingentesimo trigesimo sexto*, ejus sententiæ terè subscripsit, de quo alibi dictum.

Anno *quadagesimo*, cum colloquium in Vangionibus indictum esset, ab Ulmenibus eò & Frechtus missus est: qui tunc temporis Ulmæ in magno illo templo populari lingua; & Latine in choro ejusdem, solitus conciones habere: & ad Latinas quidem tum concionatores, tum docti cives, conveniunt: deinde scholastici * quoque, qui intelligere putabantur, fuerunt admissi.

Postea anno *quadagesimo sexto*, in colloquio Ratisbonæ habito, idem Frechtus fuit, & cum adversariis pro sua eruditione disputavit. Cum autem Cæsar paulo post bello Smalkaldico victor esset, & Augustæ Vindelicorum religionis causa comitia celebrasset; Augustæ profectus, relicto ibi præsidio, reipublicæ & mutata causa religionis, cum reliquis copiis Ulmam petit. Eò ubi venisset, senatum abrogat, & novum instituit; & ecclesiæ ministros, in quibus hic Frechtus, eo quod *religionis decretum* repudiarent, custodiæ mandari jubet. Senatus, per omnia Cæsari devotus, decretum recepit. Durante comitio, rogatu *Granvellani*, petierant à Frechto: ut Augustam profectus, negocium religionis adjutaret, & ad *Pflugium* aut *Sidonium*, aut *Issebium*, diverteret, ille, quod & suspectam rem ha-

beret, & quod è reliquis civitatibus nemo sui ordinis ibi esset, reculavit. Jussus tande quid de facto decreto, seu nova religionis formâ, quam *Interim* dixerunt, sentiat & quousque probet, scripto complectitur, atque errores & superstitiones eo in libro probatas, refutat. Ubi verò Cæsar Ulmam venit, novus magistratus Frechtum ac ceteros Ecclesiæ ministros evocat, & per homines delectos eorum sententiam exquirat, respondet illi, ut antea, & quid in decreto probent, quid improbent, ostendunt. Rogati, cum *Augustani doctores illud receperint per jusjurandum, ac nihilo secius Evangelium doceant: cur non idem ipsi faciant? non sibi constare dicunt, quid illi fecerint: neque suum esse alieni facti rationem reddere: se quidem initio, cum ad Ecclesiæ reformationem adhiberentur, fide ipsis data promississe, doctrinam Evangelii purè ac incorruptè annuntiaturos; sine tractionibus hominum: si nunc senatus eam rationem non probet, petere ut jusjurandum sibi remittat.*

Jussi domum abire, post meridiem revocantur, ibi delecti quidam senatus, captivos, inquit, *hodie vos Cæsar sistit, ad ejusque jam traducemini palatium: Deus vos spiritu suo gubernet*. Illi, quoniam ita sit visum Deo, non se reculare dicunt ullum periculum, & ipsis invisem benè precantur. Sic egressi, statim per apparitores ad pratorium deducuntur, fore putantes, ut sisterentur Cæsari. Post multam expectationem, confluyente jam illuc multitudine, traducuntur in *Georgii Bessereri* domum, viri consularis, in qua *Granvellanus & Atrebatensis* divertabantur. Tandem intronissi, post multam disceptionem, cum *Granvellanus* urgeret, ut Cæsaris edicto parerent: illi verò, quamobrem non possent, explicarent; acerbis fuerunt excepti conviciis, deinde, reliquis egressi jussis, & paululum divertere, Frechtum humanioribus verbis pertentant, & cum is in sententiâ persisteret, reliquos etiam sigillatim appellant; ex iis quatuor fuere constantes, duo desciverunt. *Granvellano & Atrebatensi* aderant *Hafius & Seldus*.

Mox impediti catenis, in carcerem publicum ducuntur, Hispanorum & Germanorum præsidio, quibus præerat *Joannes Comes Nassovius*: cumque domum Frechti præterirent; frater *Georgius* fortè prospicit fenestra, & appellatus ab eo; ut uxorem ac familiam curaret, salutem ei focisque precatur, ac simul bono animo esse jubet.

Ob hanc vocem & ipse ducitur in carcerem, fuit hoc Augusti die *decimo sexto*. Detenti per quadriduum in urbe, quinto die, cum Cæsar illinc abiret, revincti catenis, uti diximus, & impositi curru, devchuntur *Kirchemum*, stipati circiter ducentis Hispanis. Ibi cum dies octo fuissent, in potestate Germanorum ducis *Altelegii*, dati sunt in custodiam Hispanorum centurioni *Madronio* *. Factum hoc anno *quadagesimo octavo*.

Exponit suam sententiam de libro Interim. Actio senatus VL mensis. cum ministris receptum.

Ad Granvellanum ducuntur ministri Ulmenes.

Duo desciverunt.

Ceteri in carcerem ducuntur.

Etiam frater Frechti

Abducuntur cum custodibus Hispanis.

* Vel Ledronio.

Dimittuntur.

Tubingam vocatur Frechtus.

Vbi docet.

Et moritur.

Scripta ejus.

©. 1556. d. 8. Dec. aet. 61. Augusta Vindelico- rum de- scriptio.

Capnionē audit In- golstadii.

Cui est familiaris.

Epistola Capnionis ad Forste- rum.

Deinde anno sequenti *undequingagesimo* Martii die tertio, Frechtus & reliqui ministri, in religionis negotio constantes; postquam pro victu solvissent, liberi sine multa dimissi sunt. Cūque Ulinæ nova religionis formula recepta esset: Frechtus sub regimine pii ducis Christophori Tubingam vocatus est: ut sacram ibi Theologiam doceret: & illustri stipendio ephorus esset. Ea in Academia Pentateuchum Mosis, & Judæ epistolam, inter alios doctissime est interpretatus.

Tandem veneranda canitie conspicuus, die *decimo quarto* Septembris, anno *millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto*, Tubingæ obiit, & in S. Georgii templo honestè sepultus est.

Scriptit præter alia Theologica in Witekin- di Saxonis, rerum ab Henrico & Othone Imperatoribus gestarum, libros tres. Plura in Bibliothecis. *J. Sleidanus: Crusius in Sueti- cis annalibus: Thuanus in historiâ Augusta.*

JOANNES FORSTERUS.

URbs est Germaniæ *Augusta*, ab Augusto Cæsare; *Vindelicorum* autem à Vindæ & Lyci amnium confluenta, nomen nata: templorum & ædificiorum copiâ ac splendore ornatissima: mercibus importandis & exportandis oportunissima: opesque & honores tantos consecuta: ut Germaniæ urbium hodie nulli cedat, plerasque superet, Reip. constitutione, civium frequentia, scholâ, bibliothecâ, aliis. Hac in urbe natus est honestis parentibus *Joannes Forsterus* sub annum Christi *millesimum quadringentesimum nonagesimum quintum*. A puero ad bonas literas adhibitus, expertus est Horatianum illud: ut multa tulerit, multa fecerit, sudarit & alserit.

E patria schola ad exteras sese contulit; atque in Bavarica Academiâ *Joannis Capnionis* auditor fuit: qui cū in senectâ illâ & supremo vitæ actu, cū attigisset annum *septuagesimum*, diu antè sponte relictis aulis, non ut Laertes se in agro abdidisset, sed in Academiam, invitatus à Duce Bavarico, secessisset: maximopere delectabatur studiis juniorum. Ut igitur quisque maximè cupidus erat discendi: & plurima sciscitabatur; ita illi maxima comitate respondebat, & libros dabat utendos. Fuit igitur tum Capnioni inter auditores familiarissimus *Forsterus*, quia majus erat ejus studium, quàm aliorum. Ac retinuit hunc erga *Forsterum* affectum optimus senex, etiam post ejus discessum; cui argumento esse potest hæc ad *Forsterum* epistola:

Dn. *Joanni Forstero Augustano, Philosophia Magistro S. P. D. Joann. Reuchlin.*

Quàm molesta mihi res est, dilectissime vir, à tua & aliorum studiosissimorum auditorum meorum præsentia recedere! Cum enim in tanta

tam Hebraica, quàm Græca lingua discipulo- rum frequentia, assiduo indefessas mihi aures præbueris, tum unus omnium in lingua Hebraica plurimum sudasti; ut dignus mihi visus fueris, cui publici auditorii pulpitum concesserim. Quare perge incumbendo bonis & doctrinæ à me prælectæ: sic enim in virum lucratissimum & linguarum ornatissimum inter- pretem, DEO aspirante, cæteris commodo & militati, evades. Vale feliciter. Angelopoli dabantur III. Idus Aprilis, anno Domini M D XXI. Hactenus Capnio.

Lipsiam deinde progressus audivit *Petrum Mosellanum*: cujus oratio verè Xenophon- team referebat suavitatem. Adolescentiam egressus, docuit aliàs linguam Hebræam; aliàs ecclesiæ doctrinam in Academiis & templis. Fundamentis istis linguarum felicissime superstruxit, Theologiæ sedulam navans operam, ad lumen pervenit culmen. Nam & Doctoralia ipsi sunt collata insignia, & publicâ sanctæ linguæ professio Wittenbergæ, ubi confederat, commendata.

Anno Christi *millesimo quingentesimo quin- quagesimo quarto*, placuit, ut quidam maximè propter Borussiae rixas, Naopurgi in Thuringia convenirent. Eo accessit, cum *Philippo Melancthone*, optimus vir & doctissimus Theologus *Forsterus*, magni illius *Camerarii* * judicio. Postea, cum annos octo in Academiâ Wittenbengenli multum profuisset discipulis, interpretatione Prophetarum & linguæ Hebrææ propagatione & Ecclesiis, in judiciis & in inspectione: morbo diuturno est correptus. Eum auxit, ut est *gogyn* pater- na, filia obitus, quam ipse post tria placidâ morte est subsecutus, cū & sese, & ecclesiam domesticam ac publicam, ardentissimis votis Filio Dei commendasset; die nempe *octavo* Decemb. anno Christi *millesimo, quin- quagesimo, quinquagesimo sexto*, æt. suæ 61. Elatus est funere frequenti, sepultusque in Templo Parochiali Wittenberg, ad tumulum *Matthiæ à Schulenburg*. Virtutem viri, de scholis & ecclesiâ Christi benè merito, Carni- nibus Epitaphiis tum alii, tum *Henricus Mol- lerus Hessus* hoc elegiaco celebravit:

Hæc tegit exuvias Forsteri tumba Joannis:

Qui celebris sacra doctor in arte fuit.

Ediderunt ipsam clari virtute parentes,

Quæ Lycus Augusta moenia celsa rigat.

Quorum consiliis Musisq, Deoque dicatus,

Ad tantum summo crevit honore virum.

Sed disciplinas quamvis raperetur ad omnes;

Cum puer inciperet Musica cæstra sequi:

Divino tamen ipsius mens numine tracta est,

Ut veri cuperet dogmata nosse Dei.

Ergo Palestina decus & mysteria linguæ,

Ipsi, præ reliquis discere, cura fuit.

Hinc & Bojorum vigil in ditione vacavit;

Instructus monitis Capnio docte tuis.

Mox etiam studiis aliquo progressus & annis,

Distribuit partes ipse decenter opes.

Et fido monstrans Ebraeos indice fontes,

Ingeni laudem judicisque tulit:

Audit Mosellanum Lipsiæ Docet p. lios.

Doctor Theol. et nunciatus.

Convenerunt Naopurgi- cus. Ad eum Forsterus.

** In Melancthone.*

Morbore ripitur.

Ex gogyn moritur.

Epitaphium ejus à Henrico Mol- lerus.

Quæ Lu- burum in- sione- bitorum.

Lucus Hesse 11. v. 9.

Invere strais quid.

Ut quoque teutonico vertens sermone Lutherus
 Biblia, Forsteri sæpè sit usus ope.
 Ipsum præterea cælestia verba docentem,
 Viderunt multis templa scholæque locis.
 Quatuor & totidem confecit Cynthius annos,
 Dum docet Albina clara lycæa schola.
 Explicuit nitida sacros gravitate Prophetas;
 Interpres lingua gens Solymæa tua.
 Et procul inspiciens mores operasq; docentum,
 Et spargi in populum dira venena cavens.
 Sæpius externas legatus abiit ad oras;
 Multa ferens opera tædia, multa via.
 Quid loquar, arbitrio quàm disceptaverit æquo;
 Si qua fuit sacro lis dirimenda foro?
 Non aura studio popularis bella movebat,
 Purus & in niveo pectore candor erat.
 Et casti mores semper sine labe fuerunt;
 Castorum norat vota placere Deo.
 Cum præstans igitur Doctores vixerit inter,
 Ingeni propter judicijque decus:
 Officiis quæ bonis vitamque fidemque probavit,
 Insigni cedens à pietate nihil:
 Tradideritq; suam linguamq; & mente salutem,
 In Christi moriens agnitione, DEI:
 Ergò favore Dei superas evectus in arces,
 Doctorum sanctis assidet ipse choris.
 Quodq; piis semper votis, & mente cupivit,
 Conspectu fruitur lætitiæque DEI.

Est & hoc Georgii Fabricii* in hunc Forsterum Epigramma:
 Sic loqueris, Forstere, velut de semine natus
 Isaacidum: sancta est lingua paterna tibi.
 Sic scripta exponis, meritum testantia Christi:
 Ut manet libris calica vena tuis.
 Ornatur tumulus fertis: cedroque linantur,
 Commendant docti quæ monumenta viri.

Fuit & hic Theologus utilis studiis ecclesiæ;
 atque omnibus, propter candorem & pietatem
 carissimus. Cum enim rectè sentiret
 de doctrinæ Christianæ capitibus; & abhor-
 reret ab omnibus seditiosis ac fanaticis opi-
 nionibus: verà fide Deum invocavit, in agni-
 tione & fiduciâ Filii Mediatoris, & animi
 pietatem omnibus honestis officiis declara-
 vit. Vita ejus casta & sobria fuit. Pacem
 publicam & ecclesiarum Evangelicarum con-
 junctionem tueri summâ curâ semper studuit.
 Privatas ærumnas placidè tulit, & in ultimo
 morbo leniit sibi dolores eruditus atque piis
 amicorum colloquiis.

Cùm D. Martinus Lutherus Wittember-
 gæ meditaretur interpretationem scripturæ
 Propheticæ & Apostolicæ: adhibitus sæpè est
 & ipse Forsterus: & in tam utili opere sæpè
 ejus judicium D. Lutherus cateris prætulit;
 ut in sententia dulcissima, in Hosea: *Non
 faciam furorem iræ meæ: Non profusio delebo
 Ephraim: quia Deus ego sum, non homo; in
 medio tui Sanctus: Nec tamen intrabo in ci-
 vilitatem.* Hic cùm alia multa monebat, tum
 verò hac phrasi: *Non intrabo in civitatem:*
 hoc propriè significari dicebat: *Non servabo
 regnum politicum Ephraim, seu Samaria:* Et
 hanc emphasin esse in verbo *Intrandi*, ex aliis
 locis ostendebat.

Scriptit *Dictionarium Hebraicum novum*, Scripta
 non ex Rabinorum commentis; sed ex ipsis Forst.
 thesauris Bibliorum, & accurata eorundem
 locorum collatione depromptum, cum phra-
 sibus scripturæ veteris & novi Testamenti di-
 ligenter annotatis. Ut autem in ipsis rebus,
 sic etiam in ipsis vocibus non rarò cæcutivis-
 se Grammaticos Hebræos contendit: qua in
 re ut non omnes habebat adscipulatores; sic
 tamen ad linguam sacram accuratius co-
 gnoscendam doctorum ingenia magnoperè
 exacuit.

*Pantal l. 3. Profop. tom. 3. scriptorum Wit-
 temberga propositorum: Camerarius in vitâ
 Melanchthonis: Gesnerus in bibliothecâ.*

HENRICUS STOLO.

Ø. 1557.
 d. 28. Sept.
 at. 68.
 Dibachii
 oppid. pa-
 tria Sto-
 lonis.

IN Palatinatu inferiori oppidum est *Diba-
 chium*, Baccharaco adsitum, vino melio-
 ris notæ, quod vulgò *Fürstenbergicum* vocant,
 notum. Hoc in oppido vivendi initium fecit
Henricus Stolo anno Christi millesimo qua-
 dringentesimo octuagesimo nono, menle Aprili.
 Parentes habuit mediocris fortunæ: homi-
 nes alioqui vitæ & famæ integræ. Ab his
 admodum puer probis moribus artiumque
 principiis, mature est imbutus.

Parentes.

Jactis puerilium literarum fundamentis,
 cùm mater, ut fit, indulgentior esset: *Monas-
 terium* Westphaliæ est missus ad amicum
 quendam. Ibi ita ad literarum incubuit stu-
 dia, ut æquales facillè anteiret. Morum etiam
 suavitate, & seniorum observantiâ, quæque
 illam aetatem imprimis decet, modestia, effect,
 ut hospes eum filii instar diligeret.

Mittitur
 Monaste-
 rium.

Domum revocatus, quod mater deside-
 rium filii difficilè ferret; non diu substitit;
 sed cum aliquot commilitonibus *Oppenhei-
 mium* abiit, ubi cùm diutius sustinere se, ob
 mendicantium scholasticorum multitudinem,
 non posset: *Daventriam*, ubi & literæ magis
 florebant, & commodior vivendi ratio pau-
 peribus ostendebatur, profectus est. Hoc in
 loco, literarum amore inductus, aliquam-
 multos annos, cum magnâ egestate conflicta-
 tus, exegit. Nam, quod sæpè senex in he-
 micyclo ledens solitus fuit referre, & frigo-
 re corpus vehementer læsit, & fame maximè
 debilitavit: adeò quidem, ut nisi pane mu-
 cido situque obducto latrantem stomachum
 placasset, sæpè incenato cubitum eundem
 fuisset.

Oppenheim:
 abis.

Inde Da-
 ventriam.

Egestas ibi
 ejus.

Habuit ibidem commilitonem, quendam
 popularem, se doctiorem. Hic veritus Stolo,
 ne ille domum reversus palmam sibi præripe-
 ret; summa contentione id egit: ut si non su-
 perior, par certè illi esset. Sæpè itaque de no-
 cte, altero stertente, ipse ad lunam sublu-
 stre, non sine valetudinis jactura, libros legit,
 & pensâ proposita didicit. Hac contentione
 & *Hesodæa eride*, facillè id confectus Stolo
 est: ut multis illum alterum parasangis post se
 relinqueret.

Æmulatio

Redit ad suos.

Erphord. petit.

Renunciatur ibi magister Phil. Anno 1509. Docet ibidem.

Stipendium ecclesiasticum adipiscitur.

Matrimonium oblatum recusat.

Peregrinatur.

Viatico destituitur.

Aberrat à rectâ via.

In urfos incidit.

Ursi cadauera non tangunt.

Evadit periculum.

Redit in patriam.

Liberaliter igitur iis artibus, quæ in scholis trivialibus juventuti proponi solent, excultus, ad parentes rediit: quibus visum, ut cepta cum laude absolveret. *Erphordiam* itaque Thuringiæ caput, profectus; ita in literis versatus est: ut brevi post suprema Philosophiæ laurea, annos natus *viginti*, fuerit ornatus. Cumque parentes sumptibus diutius suppediandis non essent: publicum docendi munus suscepit. Itaque *artem Horatii poeticam*, & *Terentii comœdias* explicavit, *quadriennio* ea in re consumto. *Erphordiæ* cum *septennium* egisset: *Dibachii* stipendium ecclesiasticum vacare cepit. Id patris & amicorum, bene de ejus studiis sperantium opera adeptus, calcar ei fuit ad majorem diligentiam, non autem luxûs incitamentum. Obtulit ei tunc mercator quidam prædives, non parvâ cum dote filiam: sed *Stolo*, gratis actis, modestè abnuit, immaturitatem ætatis & studiorum excusans.

Cum *quadriennium*, ut diximus, *Erphordiæ* qua publicè, qua privatim docuisset, & pecuniæ non nihil comparasset: nactus comites idoneos, partem magnam *Boemiæ*, *Borussia*, & totius oræ maritimæ perlustravit. Erant illorum, qui una iter faciebant, omnino tres. Hos cum pecunia deficere cepisset: nec conditio uspiam commoda offerretur; coacti sunt domum cogitare. Hinc ergo valde aspera, cum nix tres ferè pedes alta cecidisset: *Erphordiam* versus iter instituunt. Tridui jam pedibus iter emensi, (equos enim divendere necesse habuerant) *Stolo* in diversorio diutius substitit: comitesque præire est passus. Sed quid fit? Ignarus locorum & viarum totum diem ita est vagatus! ut sub noctem eò, unde manè exierat, fuerit reversus. Postridie iterum se in viam dat: sylvamque densam ingreditur. Ibi ex improvise duo urfi errabundo occurrunt. Hic verò quid faceret? Inclamare alios, temerarium erat: fugam arripere, prorsus ineptum. Salutis ibi planè incerto incidit, quod sæpe audierat; sed anili fabulæ simile duxerat: morticinum nullum ab ejusmodi belluâ tangi. Commendavit ergo se Deo, & in faciem prociens, anhelitum, quantum potuit, attraxit. Accedunt urfi, explorant: cadaverque existimantes, abeunt. Hoc periculo liberatus totam noctem in sylva oberravit, tandemque mane factò, algore, timore & via tantum non confectus, ad suos pervenit: cumque iis salvus *Erphordiam* appulit.

Oleennium ita cum domo abfuisset: placuit prius salutatis parentibus, vel *Lipsiam*, vel aliam in vicinam Academiam concedere. Venit ergo ad suos, qui læti duo non visum excipiunt; imprimis mater, ut est istius sexus *Φιλοσοφία*, simulac filium vidit; DEO & cœlitibus, ut tunc erat crebra sanctorum invocatio, tanta pro felicitate gratias egit. Pater autem de studiis percontatus, unâ cum cognatis, à jure civili, cui antea se dederat, ad sacra eum traducere conatus est: utque

sacerdotium susciperet, persuadere. Erant tunc in summa apud omnes ordines existimatione sacrificuli: & in cœlum expeditionem sibi aditum esse putabant parentes: si filiis, ut sacrificuli fierent, persuasissent. Etsi autem *Stolo* primò languidiùs adsentiretur: tandem tamen precibus victus, æquum esse duxit: ut qui aliquot annis ecclesiastico stipendio usus esset, rursus pro suo talento aliquid operæ in ecclesia poneret.

Relicto ergo juris studio, ut & parentum voluntati pareret: sibi que aditum ad cœlum pareret: primam, uti vocant, missam, in pago quodam, non procul patriâ sua, ut omnem pompam tunc receptam declinaret, celebravit: studioque Theologiæ totum se dedit: præsertim cum *juris disciplina* etiam displicere cepisset: plerisque eam deformantibus, tanquam ad calumniam, ad vindictam cupiditatem, ad turpem denique questum comparatam: quanquam haud verè.

Summa tunc apud omnes Pontificis Romani erat auctoritas: summa missæ, condonationis item peccatorum, quam illi indulgentias vocant, aliarumque ineptiarum admiratio. *Thomas Aquinatis*, Magistri sententiarum, & id genus alia scripta, etiam cum sacris literis & Patrum decretis, non consentirent, vulgò regnabant: *sacram* imò *scripturam accipere vim omnem & auctoritatem à Pontifice Romano* docebatur. Contra hæc qui mutiret sentiretve: aut ecclesiæ Romanæ elevaret potestatem: illum talem hæreticum esse flammis exurendum, clamabant omnes.

Tali tempestate *Stolo* sacris initiatus sacra peregit, nec solum in missatico sacrificio fuit occupatus: sed & pro concione populum docuit. Et primò quidem in patria Evangelia, & capita Christianæ Religionis enarravit, postea *Wormatiam* à clero vocatus, aliquot annis ibi pastorem egit. Sub id tempus *Leo X.* Papa, missis per omnia regna diplomatis, omnium delictorum expiationem, ac salutem æternam interventu pecuniæ promisit. Id negotii *Tecelio*, in Germania fuit commissum, cujus conciones immoderatas, ut notum, Lutherus oppugnavit. Cum igitur Lutheri libri etiam ad *Stolonem* venissent: factâ sententiarum collatione, ubi diligenter omnia, præsertim caput de justificatione, expendit, veritati cessit. Populum itaque erudiens, Christi beneficia ei diligenter inculcavit, quæque opera Deo placerent, ex verbo DEI monstravit. Ibi Pontificii, qui antea in vitia eorum acriter in vehementem, æquo audierant animo, vehementer irritati, cum apertè nihil auderent, ex insidiis rem aggressi sunt. Blandis enim verbis & pollicitationibus eum à nova, ut audiebat tunc, doctrinâ avocare conati sunt, quibus ipse: *cùm Deus*, inquit, *pro sua misericordiâ verbi sui cognitione me illustrari: non licet*

Sacrificulorum existimatione

Stimulatio

Conspicua

Stimulatio

Relinquitur

studium juris. Etsi sacrificium.

Relinquitur

studium juris. Etsi sacrificium.

Vituperatio jurisprudentiæ.

Summa

olim usitata.

Wormatia

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

Magister

licet mihi ab agnita veritate discedere, nisi sempiternum exitum subire velim. Itaque si vobis adfentirem, quorum doctrina multis in locis gravissimè à sacra scriptura dissidet, damnarem Iesu Christi doctrinam, & verbis probarem, quod falsum esse ac impium scio: quo sane nihil à me fieri posset flagitiosius. Nam hoc illud est, de quo Christus tam diligenter nos monet, peccatum in Spiritum sanctum: quod nullo unquam tempore condonatur. Quod vero antehac doctrinam vestram, ut piam defendi, errore communi accidit, cum & veram illam esse putarem, & neminem, qui me melius doceret, haberem. Nunc vero cum Deus per Lutherum lucis suæ radius me illustravit, non possum non obtemperare. Quicquid enim hic facio, salutis meæ causa facio: ut post hanc ærumnosam vitam sempiterna vita ac lætitiæ particeps fiam. Quare à vobis peto, ut religionem meam mihi permittatis liberam, sin minus, locum mihi commodiorem queram. Pollicitationes autem, quibus eum tentabant erant hæc: ut singulis festis diebus concionem in summo templo haberet, ut missa, quando vellet, interesset: ut preces vespertinas matutinasve pro lubitu visitaret, pecunia insuper addebant summam egregiam. His propositis, negavit idoneum se muneri illi, diserteque abnuvit.

Cum ergo apud Wormatienses Pontificios neque vellet, neque posset manere: Neapolim Palatinatus oppidum, meliora sperans, se contulit. Verum idem Neapoli, quod Wormatiæ est expertus. Itaque cum nec illi Stolonis doctrinam vitamque ferre possent: ad patrem abiit, ibique aliquantisper in otio vixit. Tandem à nobili viro Fleckenstenio, Haidelbergæ tum curiæ præfecto, Ludovico electore Palatino rerum potente, anno Christi, millesimo, quingentesimo, vicesimo sexto, accersitus; multos ibidem annos cum laude exegit. Vigebat tunc in Palatinatu quoque Papatus, sed cum ingenium Stoloni mite ac placidum esset, ita ut ad humanitatem fictum diceres, multum eo in loco profuit. Erat cum Haidelbergenfibus spiritu lenitatis omnino adhuc agendum. Itaque summa industria curabat, ne quinquam offenderet & ne quid durius à se aut asperius fieret vel diceretur. Interim tamen nihil intermittebat pro concione, quod ad impios abusus tollendos, & populum in verâ doctrinâ instituendum faceret. Et quemadmodum de instauratoribus Hierosolymorum scribitur, eos alterâ manu ædificasse, gladium alterâ tenuisse; ita & ipse simul populum rectè docebat, atque hostes fortiter convincebat.

Quare cum spectata ejus esset pietas ac eruditio, summa Academiæ Haidelbergenfis ipsi ter est delata, & munus interpretandi Prophetica atq; Apostolica scripta in scholâ demandatum. Quo in officio qualem se præstiterit, res est ipsa testata. Wolfgangus equidem Calixtus, Ecclesiæ Haidelbergenfis pastor, Lutheriq; iuxta & Stolonis auditor, non dubitavit affirmare:

Stolonem in docendo proximè accedere ad Lutherum. Non lusit ambitiosè fingendis peregrinis interpretationibus, non offudit caliginem auditoribus ambiguo & improprio sermone, sed proprio ac perspicuo sermone genuinam sententiam evolutam illustravit, & custos fuit incorruptæ doctrinæ, in libris Prophetis & Apostolicis traditæ, procul ab omni φαρμακία, κερδοζήτῃ & πολυπαρανομίῃ. Testimonium harum virtutum ei perhibent auctores gravissimi, de quibus ipse Melancthon, qui ita ad Lutherum ex conventu Wormatiensi *: jam Palatini (Principis) concionatorem adversari audierant: qui & constantia & eruditionis laudem adeptus est. Scotus erat avidus ejus certaminis. Sed post primum congressum cum Palatini concionatore, postea hæc disputationes omisse sunt. Hæc ille.

Triginta ipsos annos ejusmodi labores docendi ac regendi sustinuit: doctrinæque Evangelicæ puritatem singulari animi constantiâ defendit, non sine vitæ discrimine. Nam cum anno quadragesimo octavo in conventu Augustano, Principibus Protestantium liber ille emendationis Ecclesiasticæ ad tempus in doctrinâ & ceremoniis observandus offerretur: Stolo apertè dixit; eum se non probare, nec per conscientiam probare posse: imò malle se cum aliis piis doctisque viris solum vertere; quàm tali libro subscribere. Ivit & tum & aliis Principum Palatinorum iussu ad multos religionis causa indictos conventus, ut ad Haganoensem, ad Ratisbonensem, ad Wormatiensem, * sub Electoribus Palatinis Ludovico, Friderico II ac tandem senio confectus, sub Othone Henrico iterum Wormatiam missus, cum Melancthone, Brennio, Pistorio, aliis: quibuscum omnes ei fuere necessitudines.

Tandem laboribus exhaustus valetudine cepit uti infirmiore. Eo toto tempore nihil est ab eo auditum homine Christiano alienum. Sed morbo in dies magis magisque invalescente, cum sibi ex hac vitâ migrandum præsentisceret, nec lingua officium sat rectè faceret, nutu ac gestibus suam erga Christum fidem, ut potuit, declaravit. Paucis ante obitum horis, cum aliquot amici, officii causa convenissent; manibus complicatis divinam misericordiam, non sine gemitu, cum viderunt implorantem. Aderat tum & Joannes Flinnerus pastor ibi primarius, qui cum inter alia, consolandi gratia, dictum illud ei recitaret: *Euge serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis: super multa te constaniam, intra in gaudium Domini tui: sublati in cælum oculis, inter vota placidè decessit, die vicesimo octavo Septembris, anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo septimo, cum vixisset annos sexaginta octo.* Sepultus est cum Academiæ & reipubl. luctu in templo Spiritus sancti, ubi cippo incitum epitaphium legitur ejusmodi:

Stolo in docendo qualis.

* Conf. Theol. Melanct. t. 1. p. 301. Vide & Cam. in vita Melanct. p. 200.

Improbare Interim.

Interessit conventibus. * An. 1541.

Morbus ejus factilis.

Joann. Flinner.

Obitus Stolon.

Funus. Epitaphi.

REVERENDO VIRO Dn. HENRICO STOLONI à DIERBACH, ECCLESIAE ATQUE SCHOLAE HAIDELB. CONCIONATORI AC PROFESSORI ORDINARIO CONSTANTISS. ET DOCTISS. QUI VIXIT ANNOS LXVIII. MENSIS VI. OBIT VERO ANNO SALUTIS HUMANAE MDLVII. MENSE SEPTEMBRI, DIE XXVIII. ANNA UXOR, JACOBUS, BERNHARDUS, ET CHRISTOPHORUS FILII SUPERSTITES, HOC MONUMENTUM POSUERUNT.

Distichon continens annum ætatis & obitus ejusdem:

Bis seX Ut LUstris StoLo IaM ConIVnXerat annos

Bis qVatVor, LatVs CæLICA regna petIt.

Elogium.

Fuit vir humanitate præditus singulari, suavitate in congressibus familiaribus gravi, in actionibus cunctis memor præcepti Paulini, quo monet, ut *Doctores typi sint fidelium in conversatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in castitate.* Cælebs ad annum ferè quinquagesimum vixit, post maritus factus ex conjugè susceptos liberos, vera pietate, virtute, & optimarum artium studiis eruditus. Ut igitur piè vitam finiit, memoriâ dignus honorum. *Et tantum de Stolone ex M. S. parentatione, & monument. Haidelberg.*

Conjugiū.

1558.
d. 20. Apr.
æt. 73.

IOANNES BVGENHAGIVS.

Pomerania descriptio.

IN litore Germanico ad Oceanum Arctoum, inde usque à flumine *Vistula*, occasum versus ad oppidum *Sundium*, longa est regio, hodie *Pomerania* dicta. Mediam ferè transit *Viadrus*, rebusque ad vitam necessariis abundat ita, ut aliis populis frumenta, pecudes, piscesque dividat. Urbibus ornata est magnis & opulentis, in quibus multitudo hominum tranquilla, & commercia cum exteris luculenta conservantur, ut & Ecclesiæ & literarum studia. Inter alia oppida haud procul *Stettino* est *Julinum*: ubi *Viadrus* in lacum influit, qui in *Oceanum* effunditur, & portus est commodissimus. Hoc in oppido *Ioannes Bugenhagenius* familia senatoria natus est, anno Christi millesimo, quadringentesimo, octogesimo quinto, die vicesimo quarto Junii. Naturæ in eo robur, si quid his tribuendum, significavit conjunctio *Saturni* & *Iovis* in *Scorpio*.

Educatio.

In pueritia & domestica disciplina & scholæ informatione ad Catechesin adfectus est, cumque *Grammaticen* ac *Musicen* didicisset, in *Academiâ Gryphiswaldensem* missus, ibi & tyrocinium Latinæ linguæ melius habuit, & *Dialecticem* cum elementis *Physicæ* cognovit.

Mittitur in Acad. patria.

Erat in ipso non solum ingenium doctrinæ capax, sed etiam avidum, ac stimulos addebant scripta *Hegii*, *Rodolphi Agricole*, *Hermanni Buschii*, quibus superiorum temporum solæa corrigebantur, & juvenis ad diligentiam rectius loquendi revocabatur. Græcæ

insuper linguæ initia tradebantur: eratque velut aurora doctrinarum. Cupidè ergo legitum recentiores illos, tum veteres Latinæ linguæ auctores, seque tam in soluta, quam ligata oratione exercuit.

Postea vigesimum ætatis ingressus annum, *Trepta* oppido docere juventutem cepit, ubi cum linguæ Latinæ exercitia urgeret melius, quam aliis in scholis tum fiebat; fama frequentiam scholæ ipsius auxit. Legit etiam assidue sacras literas, precesque adjunxit, quibus divinitus se regi ac doceri petivit. Accedebant *Erasmi* lucubrationes, quæ monachorum taxant histrionicam, & statuarum adorationes, ethnicis similes. Regulam igitur hanc tenuit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*, & intellexit, Deum nolle coli histrionica externorum gestuum, sed virtutibus & operibus, quæ præcepit, sicut inquit: *In præceptis meis ambulate.* Ut igitur alios etiam ad veram pietatem flecteret, enarravit in schola *Mattheum*, epistolam ad *Timoth.* utramque & *psalmos*, adjuncta *catechesi*, in qua *symboli* & *decem præceptorum* erat explicatio, ac verus Dei cultus monstrabatur rejectis falsis. Hæc docendi ratio tam accidit gratâ illis temporibus, ut ad eum audiendum confluerent & cives, & sacrificuli, & monachi, qui non erant ad eos.

Ququam autem scholæ tunc præerat nondum sacris initiatus, autores tamen ei amici fuerunt, ut in templo concionaretur, eoque sine collegio presbyterorum fuit adjunctus. Placuerunt piis ejus conciones, & multum profuerunt, ac magis magisque fama doctrinæ ipsius disseminabatur. Habebat inter auditores multos adolescentes, equestri natos ordine, & expetebatur à nobilibus, præsertim eruditis, ejus consuetudo, quibuscum jam de *Ecclesia*, jam de *litteris*, jam de *patriæ rebus* fuit collocutus. Hi ergo hortati eum sunt, *patriam* colligeret *historiam*. Hanc ad rem cum & sumtus & Principis mandatum requireretur, aulici ad *Bogislaum* Principem deferunt: qui, audita eruditione & virtute viri, præsertim cum & *Spalatinus*, *Chronicon* Ducum Saxoniarum colligere jussus, per *Bogislaum* filium *Barnimum* studiorum causa tum *Wittembergæ* agentem, genealogiam & res gestas Ducum Pomeraniæ peteret, benignè annuit, mandavitque, ut monumenta vetera in aula conquirentur, ipsum autem *Bugenhagenium* jussit in collegiis & monasteriis scrutari historias, inspicere literas; ac sumtibus instruxit. Hoc in labore cum biennium consumisset: *seriem Principum*, *bellorum*, *res gestas*, *ecclesiarum constitutiones*, & alia, ordine prudenterque descripsit. Liber adhuc in aula dicitur adservari, & tum à Principibus, tum à consiliariis frequenter legi, inque eo non solum diligentia & fides ejus probata est iis qui legerunt, sed etiam operis forma atque oratio.

Ceterum purior Evangelii veritas ei hac occasione illuxit. Anno millesimo, quingentesimo, & vicesimo exeunte, *Otho Sintovius*, patrii illius oppidi familia natus, Inspector Ecclesiæ

clerici Treptoviensis, cum Bugenhagenum re-
ctorem scholæ, & collegas illius convictores
aleret; Librum de captivitate Babylonica, re-
cens ab amico Lipsia milium, ad mentam at-
tulit, ac Bugenagio, cujus præ cæteris inge-
nium & iudicium doctrinaque in lectionibus
& concionibus probabatur, perlegendum tra-
didit. Hic mox paginis aliquot inter cœnan-
dum perlustratis, præcipitata sententia: mul-
tos à passio Christo Salvatore hæreticos Ecclesiam
infectasse ac duriter exercuisse, sed nullum ejus
libri autore pestilentiore unquam existuisse,
pronunciat: commemorans, quæ adversus
recepta Ecclesiæ dogmata ab eo adferentur.
Post aliquot dies, libro attentius lecto ac rele-
cto, singulisque accuratius pensitatis, rever-
sus ad collegii sodales, & palinodiam canens:
*Quid ego vobis, inquit, multa dicam? Univer-
sus mundus cecidit, & in Cimmeriis tenebris
versatur, hic vir unus & solus verum videt.*
Ac singulis libri illius capitibus diligenter di-
sputatis & defensis, plerosque in suam addu-
xit sententiam: adeo ut collega pastoris Ioan-
nes Kyrichius & Ioann. Lorichius (qui ad ex-
tremam senectâ Ecclesiæ illi deinceps servivit)
cum diacono, qui vicini cornobii Belbugen-
sis frater vel monachus erat, Christiano Ket-
telhut, nec non Abbas ipse Ioannes Baldervi-
nus, publicè Papatus præstigias detegere, &
à superstitionibus atque abulibus traditionum
humanarum, ad unicum Christi meritum au-
ditores traducere magno zelo instituerent. Le-
git ergo attentius scripta Lutheri Bugenba-
gii, & vidit ibi perspicuum discrimen Legis
& Evangelii, vidit iustitiam fidei meliùs expo-
ni, quàm ab Origene vel à Thomâ: vidit con-
gruere Augustini & Lutheri sententias, ac
enarrationem ejus probavit, hancque conso-
lationem populo copiosius declaravit, delira-
mentis monachorum liberius refutatis.

Sed artificio quorundam hypocritarum,
Principis animus factus est ab eo alienior, &
Episcopus Caminensis Erasmus Manduuel, cui
in Pomerania orientali sacrorum cura incum-
bebat, persecutionem in multos Treptoe sa-
cerdotes, cives, & scholasticos, propter sacri-
ficulos in publico laesos, & statuas de nocte ex
æde Spiritus sancti ablatas, movit, atque in vin-
cula conjecit. Ibi aliis aliò diffugientibus, &
ipse de migratione ex patria deliberavit, idque
eò impentius, quòd Lutherum coràm audire,
& conferre cum ipso discuperet. Invitaba-
tur etiam literis Petri Suavenii, eruditi excel-
lenter viri: qui multum ei profuturam Luthe-
ri consuetudinem iudicabat. Venit ergò
Wittembergam, anno millesimo, quingentesimo,
vicesimo primo, ætatis suæ trigesimo sexto, pau-
lò ante iter Lutheri ad comitia Wormatiæ in-
dicta, cum quo contulit, & Psalterium priva-
tim legendo scholæ innotuit.

Interea absente Luthero uxorem duxit pri-
mus Bartholomæus Bernhardus Feldkirchius
pastor Kembergensis. Hic iussus causas ex-
ponere, cur nec Pontificia lege, nec voto
impediuntur conjugia divinitus probata, occa-
sionem magnis disputationibus præbuit: an

tantum Pontificia lege conjugium sacerdotibus
ademptum sit, an accedat votum: an votum mo-
nachorum sit majus vinculum? Lutherus con-
sultus mox propositiones de votis, & librum qui
exstat, mittit: in quo, ut Alexander Gordium
nodum, ita laqueos legum & impiorum vo-
torum una machæra discidit. Erant convic-
tores tunc Melanchthonis Suavenius & Bu-
genhagius, cunque ad Melanchthonem illæ
propositiones super cœnam allatæ essent, le-
git eas attentè Bugenhagenus, ac cum aliquam-
diu tacitus magnitudinem rei considerasset,
tandem, Hæres, inquit, mutationem publici
status adferet: doctrina, ante has propositiones
tradita, non mutasset publicum statum.

Motum est etiam à Carolo studio tunc cer-
tamen, de legibus Mosis in forum recipiendis,
& statuis è templis exturbandis. Hic cum aliis
Bugenhagenus se opposuit: statuarum ever-
siones seditiosas improbat, & Christianianorum
politias non oportere transformari in Judaicam,
crudité ostendit. Reverso ex Pathmo Lu-
thero, suffragiis & Academici & oppidani
senatus suffectus est in locum Simonis * Ben-
ckii: ac Pastor Ecclesiæ Wittembergensis de-
signatus: quam Deo juvante piè & feliciter,
in magna temporum varietate annos sex & tri-
ginta gubernavit.

Ab ista sua statione discessit nunquam vel
propter litem vel bella, & cum ad magnas o-
pes, ac Episcopi splendorem in Daniam &
Pomeraniam, & quidem ab optimo rege ac
Principe vocaretur, nunquam voluit tenuem
illum Wittembergæ structum nidulum relin-
quere. Ac sæpè dixit; se intelligere, „
quantum onus sit qualibet Academia: „
sed tamen se ab Academia non discessu- „
rum, nec amare tyrannidem, sed æqua- „
bilem Aristocratiam: præsertim in qua „
possit fieri collatio iudiciorum cum bonis „
& doctis viris. „ Nec tamen interea defuit
aliis gentibus.

Nam anno Christi millesimo, quingentesi-
mo, vicesimo secundo, Wittembergæ evocatus,
formam doctrinæ & rituum, & vocationis
ministeriorum Ecclesiæ Hamburgensis descri-
psit, scholam itidem in cœnobio D. Ioannis
constituit, quæ hæcenus floruit, & reip. sa-
lutaris fuit. Deinde anno tricesimo supra
millesimum, quingentesimum, Lubecam urbem
Saxonia emporio celebrem, accersitus, ordi-
nem concionum ac rituum in templis scripto
complexus est, fuitque senatui auctor, com-
munis scholæ in cœnobio D. Catharinæ ape-
riundæ: cujus primus rector Hermannus Bu-
scoducensis, conrector Erasmus Sacerius, Ro-
stochio vocatus fuit.

Anno tricesimo septimo, à Christiano Da-
nia rege, Duce Holliatæ, evocatus est ad piam
doctrinæ religionis, rituum Ecclesiasticorum,
& scholarum constitutionem, quo tempore
ordinationem Ecclesiasticam libello Latino
complexus est, quem optant multi ut pluri-
bus esset notus: ut qualem Ecclesiarum &
totius administrationis Ecclesiasticæ formam
Lutherus

Lutheri
propositio-
nes de vo-
tis.

Carolo sta-
dii certa-
men.
Opponit se
ei Bugenh.
Fit Pastor
Ecclesiæ
Wittemb-

* Vel Hein-
si, de quo
antea.
Manes in
officio.

Dictum
ejus de
Academia

Constituit
Ecclesiam
Hamburg.

Item Lu-
beca.

Evocatur
in Daniam
Ordina-
tionem Ec-
clesiasticam
conscribit.

Coronat
Regem
Dania.

Ordinat
Superin-
tendentes.

Reformat
ducat.
Brunsvi-
censem.

Ordinat
ecclesiam
Hildesie.

* An. 1533.
d. 18. Iun.
prom. Iusto
Iona.

Renuncia-
tur D.
Theol.

Elect. Sa-
xonia in-
terest di-
spulationi.

Discrimen
politica &
ecclesiasti-
ca potest.

Supersti-
tiones cito
irrepre-
sunt in
ecclesiam.

Lutherus & collegæ ipsius probarint, plures cognoscerent. Tunc etiam Bugenhagenus preces & ritus sacros adhibuit: cum Christianus, præsentem Alberto I. Borussia Duce, cum conjugè Dorothea, Christiani sorore, Hafnia metropoli rex coronaretur, die suo natali duodecimo Augusti. Eodem anno die decimo quarto post Regis coronationem, in locum septem Episcoporum regni Dania, septem Superintendentes, qui Episcoporum deinceps officium obirent, & totius ordinationis Ecclesiastica custodes & executores essent, à Bugen- hagio præsentem Rege & Regni Senatu, Hafniæ in summo templo ordinati sunt. Præscripsit etiam tunc Academia Hafniensi lectiones, & ecclesiarum, in utroque Dania atque Norvegia Regno, ministros constituit, quorum fuerunt viginti quatuor millia.

Anno quadragesimo secundo, pulso Henrico Brunsvicensi, elector Saxoniæ, & federati Principes, ecclesias & cœnobîa ejus Ducatus, per Bugenbadium, Anton. Corvinum, & Martin. Gorlicium, adjunctis quibusdam ex nobilitate, inspici & emendari mense Octobri curarunt: qua visitatione absoluta ordinatio ecclesiarum illius Ducatus est conscripta. Sequenti anno, senatus Hildesie Bugenbadium, cum Corvino, & Henrico Witelio, qui in ditione Henrici Ducis Brunsvicensis ecclesias inspiciebant, in urbem accersivit, à quibus ordinatio ecclesie Hildesienfis, conscripta, & in sex templis pastores & ministri collocati, quorum inspectio Iodoco Ifermanno, qui Gottingæ & Einbecca antea ecclesias rexerat, commenda- ta: Canonicorum autem templum clau- sum est.

Doctoris autem Theologi gradum vir modestus, hac occasione accepit. Cum juxta Academia Wittembergica consuetudinem testimonium istud petendum esset Casparo Crucigero, & Hamburgensis Senatus ejusdem rei causa Wittembergam misisset Joannem Epinum, voluit elector Saxoniæ Joann. Fridericus qui sub id tempus cum conjugè aderat, ut Bugenbadius adjungeretur: addiditque, se & disputationem & renunciationem auditurum, ac sumtu eos levaturum. Bugenbadius etiam ætatem excusaret, tamen quia verecundius erat tali in re non diu refragari, obtemperatum se dixit. Venit postridiè ad disputationem Princeps cum præcipuis consiliariis, & attentè audit Lutheri, Crucigeri, Bugenbadii & Apini responsiones, de justitia, de ecclesia, de discrimine ministerii evangelici & potestatis Politicæ. Fuitque ei pergrata Bugenbadii oratio: qui dixit, armatam esse potestatem Politicam auctoritate condendi leges, non pugnantem cum Decalogo, & de his traditum severissimum præceptum: Necessè est obedire propter conscientiam, sed pastoribus expressè prohiberi condere proprias leges, cum dicatur: Nemo vos arguat in cibo, in potu: nec posse hanc libertatem ullius creaturæ auctoritate tolli. Addita fuit & querela cito in ecclesiam irrepressibilem, quæ finxerint, humana exer-

citia esse eximios cultus: quæ tunc quoque à senioribus taxatae sunt. Ita enim Athanasium reprehendisse superstitiones: καλὸν ἡ ἀσκησις μετ' ἀληθῆς γνώσεως ἢ συμμετελαί. Hæc cum essent expouita, Princeps ipse gravissimè dixit: se Deo gratias agere, quod hæc discrimina perspicuè in ecclesiis illustratae essent, & Dei præsentia in utroque gradu à piis agnoscat ac celebretur. Et hæc tunc de cursu Bugenbadii felicior.

Secuta sunt postmodum multæ confusiones & Principum & Theologorum bellis. In illis captivitas Principum: Wittembergæ obsidio, & cætera belli mala, ingentem dolorem optimo viro in senectâ attulerunt, ut Jeremiae Prophætæ clades & mors optimi Regis Josiæ. Nec tamen ita animum despondit, ut aut fugeret, aut aliquid mutaret, sed erexit se adidua prece, & ea consolatione mæstitiam lenivit, quod vidit, tantos inter fluctus cymbam Christi mirabiliter servari. Nihil etiam Mauritius, Elector surrogatus, quicquam in religione, quod alii metuebant, alii sperabant, innovavit, sed Wittembergæ Lipsiam evocatis Melancthonem, ipsi Bugenbadio, & Crucigero, ecclesiam ad scholam commendavit, & liberaliter donatos dimisit.

Deinde, moto dissidio Flacico, fuit in dolore non tam sua, quam ecclesiæ causa. Ipse enim, ut notum, nec in bello, nec postea, vel doctrinæ genus, vel ritus Ecclesiæ ullos mutavit, ac sæpè tum dixit: Date Deo, quæ Dei sunt, & Cæsari, quæ Cæsaris. Utrumque constanter præstitit, fuit alienissimus à seditiosis consiliis, & in retinenda doctrinæ veritate firmus. Itaque ut de Severo Imperatore scriptum est: ἐπιμελής ἦν τῶν πραγμάτων, ἀμελής τῶν πρὸ αὐτῆς λεγομένων, hoc est, intentus erat in ea, quæ agenda; populi autem de se sabellas nihil curabat, ita & Bugenbadius propter lycophantias sparsas necessarios officii labores non omisit. Ecclesiæ causa doluit accendi odia & discordias, quos tamen dolores leniebat ipsi precatio & bona spes; sicut sæpè dictum Psalmi repetebat: Commenda Domino viam tuam, & spera in eum; Ipse faciet.

Postremus etiam vitæ ejus actus fuit Dei beneficio placidus. Cum ita languefactæ essent vires postremo anno, ut concionandi laborem sustinere non posset, venit tamen quotidie in templum, & pia prece ecclesiam & se Deo commendavit, ivit etiam ad necessarias deliberationes. Tandem mense Aprili sine magno cruciatu decumbens, quotidie preces repetivit. Sæpè etiam suaviter cum amicis de spe salutis æternæ, & de posteritate collocutus est. Vigor mentis quidem adeo fuit integer: ut octiduo ante mortem Tilemannum Heshusium Haidelbergæ redeuntem statim agnosceret, latus ei reditum gratularetur, ac seiscitaretur, num Haidelbergensem in Academiam migraturus esset: fuitque omnia precaretur. Die vigesimo Aprilis, anni quinquagesimi octavi, cum

cum se quotidie Filio DEI Domino nostro Jesu Christo ardentem commendasset; & sæpè hoc dictum repetisset: *Hæc est vita æterna; ut agnoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum*, placidè ex hac vita decessit, cum vixisset annos septuaginta tres, exceptis duobus mensibus. Inter alios encomiastas Melanchthon, amicum desideratissimum, hæc elegiacis, ad imaginem ejus appositis, est profecutus:

*Conjugis ut senio confecti corpus aequatum
Ipsa suis humeris Halcyo grata gerit:
Sic bene promeritum doctorem ecclesiam curet:
Et levet statis pondera dura seni.
Sic tua canities, Doctor Pomerane, fidesque
Sincera, est cunctis tam veneranda piis.
Qui procul externis sparsisti fidus in oris
Pura Evangelii semina voce tua.
Ac cen Baptistes agnum monstrare solebat,
Æterno Christum de genitore satum:
Tu quoque iustifica docuisti agnoscere Christum;
Æternique Patris sumere dona, fide.
Filiolumque alias formas tua lingua deorum
Evertit, Pape quas voluere coli.
Et, velut in scopulis celsos locat Halcyonidos
Hyberni circum quos fremit unda maris:
Sic medio in pelago felix jam Dania nidos
Exstruxit Christo, te fabricante, pius.
Te DEUS hos inter texit jurvitque labores;
Nunc vitæ sanctus vivis in arce poli.*

Fuit doctor fidelis, justus, beneficus erga omnes: in objurgationibus severus & intrepidus; acer in defensione veræ doctrinæ: ardens fide & spe in precatione: castus & severus hostis turpitudinum: ac verè Germaniæ Evangelista. Quemadmodum enim olim Evangelistæ dicebantur, qui subinde ad diversas ecclesias mittebantur, aut vocabantur: ut Evangelium ibi docerent, ita & Bugenhagenius frequenter, uti dictum, evocatus fuit, ad informandas & constituendas diversis in locis Ecclesias. Cumque, de Apostoli sententia, *magnus quæstus sit Pietas, cum animo sua sorte contento*: egregium utriusque virtutis exemplum ipse reliquit. Nam pietatem erga DEUM luculentè, ut ex præcedentibus intelligi potuit, tum doctrina, tum vita ipsa expressit. In capite de justificatione hominis peccatoris coram DEO, usus frequenter perhibetur ejusmodi similitudine: *Sicut annulus, cujus pala gemma preciosa est inclusa, amatur & magni sit, non propter massam auri, ex qua constat annulus; sed propter gemmam: ita homines fide justificantur, propter Filium Dei, quem fides, tanquam annulus gemmam, comprehendit.* Et quemadmodum Lutherus de suis scriptis sæpè affirmavit: *nihil se eorum præcipue probare, præter Catechesin, ac de servo arbitrio librum*: ita & Bugenhagenius epitomen illam religionis Christianæ unicè in deliciis habuit, secum circumgestavit, & ministerii candidatis gravissimè commendavit.

Cumque Lutherus *συνεργός* usus, inque his Bugenhagenio, translationem Bibliorum è fontibus Hebraicis & Græcis in Germanicam linguam absolvisset: Bugenhagenius singulis annis eodie, quo absolutum opus fuerat, amicos solenni convivio excipere; & quasi natalem translationis Bibliorum, solitus fuit celebrare. *Festum id Translationis Bibliorum* vocant. Contentus denique suo loco & conditione, in qua primùm Wittenbergæ fuit constitutus, semper vixit: cum ad amplissimos honores, potentiam, & opes tantum non pertraheretur. In officio omni summa cum fide, mirabili assiduitate, & laborum tolerantia est versatus. In concionibus fuit modestus ac placidus, tantaque cum devotione: ut quandoque quasi sui oblitus aliquot horas peroraret. Extremâ in senectâ aliquot ante obitum annis, tam animi, quam corporis viribus sensim defecit, adeò ut simulacrum prioris viri, in rebus omnibus olim alacris, intuens Melanchthon, non leviter fuerit perturbatus, ac sæpè, ne sibi talis senectus contingeret, deprecatus, id quod ex voto ipsius accidit. De Bugenhagenio* refertur & hoc. Aliquoties ei uxor fuerat conquesta: butyrum sibi è vase, in quo liquatur, veneficio surripi. Itaque ipse in contentum Diaboli, in vas illud alvum dejecit, additis hæc: *egregium verò te Angelum præstas, qui amasiam veneficam famularis! en tibi, hoc affer tua venefica! Factum deinde, ut nihil fuerit ablatum.*

Scriptis Ecclesiæ etiam prodesse studuit Bugenhagenius, de quibus palmam obtinet explicatio *Psalmorum*: quam Lutherus hæc commendavit*: *Benedictus DEUS & Pater Domini nostri JESU Christi, qui nos hoc seculo rursus benedixit omni benedictione spiritali caelestium rerum, & abundantia frumenti & vini electorum suorum nos satiat, missoque verbo suo liquefacit cristallum, pruina & nebulam, ante quorum frigus hæcenus nemo potuit subsistere.* Ex eorum numero est & hæc Joannes Pomeranus Episcopus Ecclesiæ Wittenbergensis, voluntate Dei & Patris nostri, per cuius ministerium tibi, charissime lector, donatur hoc Psalterium Spiritus Christi, qui est clavis David, resignatum. Quod ut multis verbis ornem, non est opera pretium, quod abunde satis tibi (scio) commendatum erit, non meo testimonio, sed suo ipsius argumento, quo te coget (si legeris) testificari, Spiritum esse, qui loquitur mysteria hæc, à tot seculis abscondita. Nam ut conferri possit tam præcorum, quam recentiorum commentarius, eisi odiosum est statuerè, audeo tamen dicere, à nomine (cujus exent libri) esse Psalterium David explicatum, esseque hunc Pomeranum primum in orbe, qui Psalterii interpres dici mereatur. Adeò ceteri serè omnes tantam opinionem quisque suam eamque incertam in hunc pulcherrimum librum congestit. Hic verò iudicium Spiritus certum te docebit* mirabilia.

Celebrat festum translationis Bibliorum.

Prolixus in concionibus.

Senectâ ei gratum.

* Sebast. Fronschal conc. 2. de angelis.

Pellit veneficium contentum.

Scripta Bugenhagenii.

* Tom. 2. epist. Luth. p. 241. Iudicium Lutheri de Bugenhagenii Psalms.

* Forte & audent.

Scriptit & annotationes in epistolas Pauli ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, utamque ad Thessalonicenses, utramque ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, item confessionem publicam de sacramento corporis & sanguinis Christi, epistolam ad fideles in Anglia: epistolam contra novum errorem corporis & sanguinis Christi: annotationes in *Samuelem* & *Jonam*: *historiam passi Christi & glorificati*, ex Evangelistis conciliatam cum annotationibus: in *Deuteronomium* annotationes, & si quæ alia.

* Forte addend.

Et hæc de Pomerano ex oratione Petri Vincentii, quæ exstat Tom. 3. Declam. Melanchthonis: Chytræi Saxoniæ: Pantal. lib. 3. Propogographiæ: *vita Melanchthonis à Camerario descripta.*

IUSTUS MENIUS.

• 1558.
d. 11. Aug.
at. 59.
Fulda oppidum.

Natalis
Menii.

Disce
Witomb.

Docet
Gotha.

Lipsiam
concedit.

Moritur
ibi.

Scripta.

Fulda oppido in Buchoniâ, regiunculâ ad Hassia, Franconia & Thuringia fines, monasterio seu schola jam olim celebri, natus est *Iustus Menius*; circa annum Christi, *millesimum quadringentesimum nonagesimum quartum*, vel ut Eberianæ ephemerides, *nonagesimum nonum*, die *decimo tertio Decemb. minutis triginta septem*, post decimam à meridie. *Wittemberg.* primum literis Philosophicis & Theologicis excultus: postea multis annis fidelem & utilem operam navavit Ecclesiæ *Gothana* in Thuringiâ, commendatus illius oppidi Senatui à Melanchthone.

Anno *quinquagesimo septimo*, post nonnullas cum Flacianis coram principibus habitas disputationes, cessit malevolentia & odio Flacianæ illius factionis; Lipsiamque profugus venit; sedem querens ætate jam ingravescente quietiorem. Acceptus est ibi benigne atque humaniter: & diutius anno integro sacras conciones habuit, cum auditorum fructu & admiratione. Mortalitatem exiit Lipsiæ anno *quinquagesimo octavo*, die Augusti *undecimo*, ætatis suæ *undecagesimo*. Varia & multiplex huius viri fuit fortuna: exagitatus ipse est misere turbulentis quorundam Demagogorum clamoribus. Rectè itaque se junxit se à rixis & contentionibus. *Honorificum enim viri est supersedere à lite*, ut sapiens ait. Ut autem malis invisus; ita bonis jucundus gratusque fuit: quicumque illa ætate eruditionis & doctrinæ fama celebres fuere: cum iis universis, quorum princeps Melanchthon, noticia ipsi & consuetudo intercessit: & hi illum carum habuerunt ac magnificerunt. Verum enim illud est Comici: *Sat habet favorum semper qui rectè agit.*

Monumenta ingenii quæ posteritati reliquit, hæc sunt: *commentarius in Samuelem*: libellus Germanicus *de exorcismo*, qui in Baptisino usurpatut: tractatus *de vi repellendâ*, seu de defensione sui necessariâ. Post obitum prodierunt & conciones ejus Lipsiæ habi-

ta. Inchoarat etiam, de *Melanchthonis* voluntate *versionem* *Chronici* illius in vernaculam: sed affectam illam filius *Eusebius*, Professor aliquando Philosophicus, *Wittembergæ* perfecit. *Tantum de Iusto Menio, ex vita Melanchth. à Camerario descripta: Matth. Dresseri chronico.*

ERHARDUS SNEPFIUS.

Imperii in Sueviâ, ad Neccarum flumen turbs est, *Heidbrunnâ*; sic à fontium salubritate ac soli fertilitate appellata: ibi *Erhardus Snepfius* honestâ familiâ, anno Christi *millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto*, lucem hanc primum adspexit. Pater ei fuit vir consularis; qui multum illi Reipubl. profuit: nec solum ipse, sed & filius, *Erhardi* frater, *Matthias* et idem consularis.

Mater Snepfii, matrona, ut apparet, pia filium suum primogenitum, tanquam *Hanna* illa *Samuelem*; Deo & Theologiæ consecravit. Quare ut primum per ætatem literarum capax fuit; in ludum literarium patriæ suæ puerum misit: in quo, cum esset *Philomachus* & ingeniosus avidè perceptis primis artium rudimentis, vere tunc temporis rudibus atque impolitis, *Erphordianam* in *Academiam* est ablegatus. Ibi offendit inter alios *Iustum Jonam*, *Eobannum Hessum*, & his iuniorum, *Joachimum Camerarium*. Mediocri ergo, ut tempora ferebant, artium dicendi & linguarum cognitione comparatâ: *Erphordia Heidelbergam* profectus est, ubi brevi tantum in jurisprudentiæ studio profecit: ut cum laude Doctoris ea in disciplinâ honores petere, & petitos consequi potuisset. Habuit ibidem *συφοιτητήν Ivo nem Strigelium*, patrem *Victorini* illius, Theologi celeberrimi, cui Snepfius postea filiam suam *Blandinam* elocavit.

Cæterum cum mater crebris interpellationibus eum voti, quod de nato ipso fecerat, admoneret, & à studio juris ad Theologiam quasi conviciis avocaret: victus illius cohortationibus, è schola juridica in Theologicam transiit, itaque se confirmavit: ut nullis ab ea impedimentis abducere passus sit.

Sexennium autem ipsum cum in laboriosis *Papisticarum* opinionum *Labyrinthis* summo cum sudore exegisset: *Luthero* ceu *Lucifero* præunte, veramque de justificatione hominis peccatoris coram Deo, doctrinam è sacris fontibus proferente, recta meritum opinionem: in ipsius quoque animo lux veræ doctrinæ est accensa, tanto quidem cum incremento: ut in *atenam* & ipse prodire non dubitavit: & docendi initium primum *Weinspergæ*, mox apud nobilem à *Gemmingen* fecerit. Fuit enim eo loco tunc familia *Gemmingorum* in primis ampla & potens: habuitque præcipuum decus *Theodoricum*: qui, quæ fuit virtute *Heroica*, primus in illa *Sueviæ* parte

Eusebius
Menius

• 1558.
d. 1. Nov.
at. 69.
Heidbrunn
na urbs

Deo dicitur
sur Scep
fius.

Academiam
Erphordiam

Inde Heidelbergam
Dat opera
juri civilis
Ivo Strigelium.

Transiit ad
Theologicam
disciplinam.

Subscribit
sententiam
Luth.

Docet publice.
Familia
Gemmingorum.
Theodor.
Gemming.

parte Evangelii doctrinam inter varias iras & minas imò & insidias hostium amplexus, ad eam propagandam Snepfium, Weinsperga jam pullum, accersivit, & biennium benignè fovit.

Primus ergo omnium Snepfius in *Greichgoa* & oppido *Gutenberga*, sub ditione & patrocinio prædicti à Gemmingen, idola Pontificiorum voce Evangelii taxare, & sanæ doctrinæ semina spargere cœpit. Exacto ibi biennio *Wimpinam* vocatus ad officium docendi, abiit: collegas nactus in eodem munere, *M. Bernhardum Grüberum* Gemmingæ: *M. Martinum Germanum* Feuerfeldæ, & *Joannem Gallum* Solisfeldæ. Hi quatuor Evangelii Ministri circa *vigesimum secundum* & *tertium* annum Domini, prima sincerioris religionis eodem ferè tempore, illa in regione, fundamenta jecerunt. Exarsit paulo post anno *millesimo quingentesimo vicésimo quinto*, funestum in Germania rusticanae seditionis incendium: quod cum horribiliter passim grassaretur; & inaudita immanitatis exemplum *Weinsperga* rusticana rabies edidisset: *Wimpinam* quoque, ubi Snepfius agebat, appetivit. Cum autem infani homines ingressu arcerentur; audita Snepfii facundia, eum sibi solum placere, ut qui & cœlebs esset, ostenderunt, ac concionatorem militiæ suæ dari petiverunt: idque iterum iterumque cum & Evangelii prætextu causam suam pingerent serio, postularunt: verum frustra. Reclamantibus enim civibus & renitentibus, Snepfius quoque, ut honestius se excusaret: & periculum tam à se, quàm civibus suis commodius amoliretur: initum jam à se matrimonium adleveravit. Itaque ut hoc firmaret: cum convictu hætenus pistoris cujusdam usus esset; confestim sibi conjugem elegit virginem bonam bono loco natam, *Margaretham Wurcelmanni*, consularis ibidem viri, filiam; cujus frater Syndicus *Hala Suevorum* fuit. In conjugio isto vixit tranquille, aliquot susceptis liberis, inter quos *Theodoricus Snepfius* Theologus, quo de postea erit dicendi locus. *Wimpinæ* ergò cum biennium quoque Evangelicæ doctrinæ viam aperiendo transmississet: à *Philippo Comite Nassovico Sarepontano*, ad flumen *Hassia Lunum*, sexto à Marpurgo miliari, evocatus, fidelem itidem in Evangelii doctrina propaganda operam navavit. Verum magni viri virtus angustiiori ditione contineri non diu potuit. Nam simul ac nominis ejus fama ad *Hassia Landgraviam Philippum* emanasset: in Academiam, Marpurgi recens tunc apertam, eum accersivit: ut & ordinarium scholæ Professore & Ecclesiæ Pastorem ageret. Hoc in loco cum luculenta & pietatis & doctrinæ dedisset argumenta; tantam est adeptus auctoritatem: ut Princeps eum & amaret plurimum; & in colloquiis atque comitiis consilio ipsius uteretur.

Celebrati sub id tempus sunt duo con-

ventus: *Spira* primus, anno *millesimo quingentesimo viceésimo nono*, alter *Augusta Vindelicorum* anno sequenti: ubi in frequentissimis Imperii comitiis confessio Protestantium *Carolo Augusto* est exhibitæ. In utroque autem illustris fuit Landgravii virtus; quem Snepfii constantia plurimum animavit; ut qui cum *Joanne Brentio* fidum se *Luthero* præbuit, atque adversariis maleculè restitit. Sed nec hoc loco, illustri factis & amplo, Snepfius majoribus rebus gerendis natus, fixam habere perpetuo sedem potuit. Cum enim *Ulricus* *Wurtembergicus* Dux, avitum ducatum militari fortitudine recuperasset: ecclesias suæ ditionis à Pontificio cœno purgaturus, à Landgravio, cujus ope restitutus, & suasu istud opus erat aggressus, petiit: ut Snepfii per eum, opera sibi uti liceret; quem Marpurgi sæpè docentem audivisset, & cujus excellentem doctrinam exploratam haberet. Marpurgo itaque, ubi *sexennium* vixerat, Snepfius *Stutgardiam*, annuente Landgravio commigravit, anno Christi *millesimo quingentesimo trigésimo quinto*. Primum *Stutgardia* Pastor Evangelium Christi docuit: atque ecclesias in illo ducatu reformavit, conventui etiam, quem *Haganoa* Rex *Ferdinand* religionis causa egit, interfuit: qui *Wormatiam* translatus ibidem, anno *quadragesimo primo*, re infecta fuit disruptus, & ad *Ratisbonensia* comitia eodem anno rejectus, neque tum finem suum adeptus. Deinde *Paulo Constantino Phrygione* ad meliorem vitam vocato, anno *millesimo quingentesimo quadragesimo tertio*, calendis Augusti, successor illi consilio sapienter delectus est Snepfius. *Stutgardia* itaque *Tubingam* familia translata, & Ecclesiæ illius Pastor & Academia in Theologia Professor usque ad mutatam *Caroli V. Augusti* jussu religionem, fuit. Ibidem, anno *quadragesimo quarto* die nono Februarii, in æde *Tubingensis* aula vicinâ, pro temporis illius more, solenniter Theologiæ Doctor renunciatus est. Est enim jam ante in *Marpurgo* Acad. Theol. quoque publicè docuerat: tamen gradu illo caruit, qui *Tubingæ*, ex statutorum Academ. requisitis, ipsi petendus fuit. Collatus est cum Snepfio summus item in Jurisprudencia honor, viro Consultissimo *Niccolao Varenbulero* Jcto: qui ad senectam honestissimam pervenit.

Erant autem tempora illa comitorum, conventuum, colloquiorum & consiliorum plena. Itaque cum *Cæsar* colloquium indixisset *Ratisbonæ*: Snepfius ibidem cum *Brentio* & aliis Protestantium Theologis comparuit: atque *Buceri* & *Malvanda* disputans, partes suas acriter defendit. Sed & hinc re infecta domum est reversus.

Exorto deinde bello Germanico, cum *Carolus* victor novam religionis formam illam, quam *Interim* appellarunt, Duci quo-

Interess
conventi-
bus.

Vocatur
ab Ulrico
Wurtemb.

Commigra-
vit Stut-
gardiam.

Conventum
Haganoen-
sis.

Succedit
Phrygioni.
Migrat Tu-
bingam.
Doctor
Theol. re-
nunciatur.

* V. vitam
IC. Germ.

Interess
Ratisbon.
conventi-
tui.

Ob interim
pellitur.

que Wirtembergico obtrusisset: ac Snepsius approbare aut docere ex ejus præscripto recusaret: loco cedere & solum vertere coactus est; quod ei commune cum multis Ecclesiarum ministris fuit. Ultimam concionem Turingæ habuit, anno *millesimo quingentesimo quadragesimo octavo* die undecimo Novemb. postea præmissa familia discessit, oves suæ fidei commissas invitus relinquens. Virum bonum, constantem pastorem, veneranda canicie senem insignem, ingens civium multitudo lacrymis votisque est prosecuta. Exul itaque in Saxoniam venit, hospitium quærens, ubi à *Johanne Friderico* Electore, æternâ memoria digno, clementer receptus, Theologiæ in Jenensi Academia non ita tunc pridem constituta, docendæ est præfectus. Id munus cum dignitate & laude obivit *decennium*. Tandem, cum variis vitæ exantlatis laboribus, Evangelii doctrinam fideliter *triginta quatuor* annis, pluribus in oppidis, propagasset: Calendis Novembribus anni *millesimi quingentesimi quinquagesimi octavi*, ætatis suæ *sexagesimo tertio* tridui morbo fractus, ex his terris in cœlestem Ecclesiam translatus est *Jena* Thuringorum, ibidemque honorificè sepultus, funus indicente magnifico tunc rectore illustri juvene *Philippo*, Comite Nallovico, filio illius *Philippi*: cujus olim in Hassia Weilburgi Snepsius fuerat Ecclesiæ reformator & doctor.

Venit in
Saxoniam.

Jena Pro-
fessor con-
stitutus.

Moritur.

Elogium
Erb. Snep-
sii.

Fuit vir pius, doctus, & variis donis, præcipuè facundia mirandâ præditus, adeo ut verba faciens, omnium in se oculos & animos converterit: auditores quasi attonitos reddiderit, ac plerumque satis prolixas habens conciones, auditorium tamen sine tædio detinuerit attentissimum.

Scripta.

Reliquit & documenta ingenii sui, inter quæ *Confessio de præcipuis fidei articulis*, anno quadragesimo in conventu Smalcaldico prælecta, Melanchthonis judicio approbata, & cum ejus epistola, confessione præfationis loco præfixa, in publicum emissâ: *Confessio præterea de Cœna Domini*, & multi alii commentarii, nec dum foras dati. *Sed hæc satis de Erhardo Snepio, ex Saxon. Chytræ; Crucii annalibus Suevicis: oratione in obitum Theodorici Snepii filii, ab Erhardo Cellio habita.*

Flor. sub,
ann. 1558.
Patria.

NICOLAUS GALLUS.

Nicolaus Gallus *Cota* in Saxoniam sub ipsum Evangelii, in Germaniam instaurati initium, annum nempe *millesimum quingentesimum decimum sextum* natus, cum ex ephebis excessisset, elementaque literarum prima percipisset; *Wittembergæ* ad Lutheri præcipuè ac Melanchthonis, communium eâ ætate præceptorum, cathedram, Theologiam cum Philosophiâ condidit: ipsumque adeo *decennium*, Aristotelico more, audiendis illis consumsit.

Cum autem artes omnes ideò discantur, ut

exerceantur, ipse easdem ad usum transferre conatus est: ac ludo literario apud *Mansfeldenses* præfectus, adolescentiam bonis literis ac moribus aliquantisper informavit. Postea cum *Ratisbonensis* Reipub. Evangelii doctrinam amplexa esset; atque à Wittembergensibus idoneos ecclesiæ ministros petisset: Gallus hic, Lutheri consilio instructus cum *Hieronymo Nopo*, sub annum *quadragesimum secundum* eò missus, populum in religionis Christianæ capitibus erudit, & ecclesiam ad aliarum ecclesiarum, ut illo tempore, modum conformavit.

Sed Casare in bello Smalcaldico victoria potito, cum passim nova illa & famosa religionis Chimæra urbibus Imperii obtruderetur, ejectionis qui recipere eam nolent, ministris; Gallus quoque *Ratisbona* pulsus, aut periculum declinans, *Wittembergam* profugit; ubi in Templo arci contiguo *Cass. Crucigeri* Pastoris vices aliquamdiu supplere. Conjunxit tunc cum Gallo sese statim *Flacius ille Illyricus*: quorum uterque postea non parum negotii exhibuit placidissimi ingenii viro *Philippo Melanchthoni*; ut alibi à nobis declaratum. Ita & olim & etiamnum impletur illud: *ἢ ἐχθροὶ τῷ ἀλλήλων ὀμίσει ἀντὶ*

Anno autem *quingentesimo* cum *Nicolaus Glossenus*, Theol. Licentiat, *Magdeburgo* discessisset: Gallum hunc successorem habuit. Veniteodem & *Flacius*, qui turbulentissimo illius Reipubl. statu factiosè declamitarunt, libellis etiam atque picturis divulgatis, in personas eorum; qui intempestivam utriusque vehementiam improbarent, contumeliosis. Durarunt ibi periculoso obsidionis tempore; sed cum res ad triarios redisset, alio digressi sunt.

Restituta enim *Mauricii*, Saxonie Electoris opera religionis pace, quæ *Passaviensis* nominatur: Gallus *Ratisbonam* anno *quingentesimo secundo* revocatus, non illius solum urbis, sed totius viciniae, *Austriacæ* & *Siriacæ* ecclesias emendatas, doctrina & consiliis suis erudit & gubernavit.

Scriptit & edidit *duas conciones contra usuram* ex Psalmo 15. *annotationes in epistolam Pauli ad Galatas: disputationem de adiaphoribus, & mutatione status ecclesiarum: Catechismum* homilibus Germanicè explicatum. *Chytræ in Saxonie chronico: Thuanus lib. 4. histor. Sleidan. lib. 21. Camer. in vita Melanchth. Gesner. in Biblio: heca.*

ERASMUS SARCIERUS.

Misnia est oppidum, fodinis metallicis celeberrimum, quæ ibi aperta circa annum Christi, *millesimum quadragesimum nonagesimum*, *Annaberga*: sic à Diva tutelari S. Anna, appellatum, cum antea loco illi nomen esset *Schreefenberg*: unde & moneta nobis familiaris eodem venaculo nomine, Latinis *Angelicus*, ab imagine angeli impressa. Hoc in oppido

Audit Lu-
ther. &
Melanchth.

Præfatus
ludo Alia
feld.

Hier. Nopo.
Witem-
bergensis
theolog.
mambis

Labean
vocat

Inde Wit-
tembergam
profugit.

Conjunctus
se cum
Flacius.

Inde Vitem-
bergam,
& Passavi-
ensem
Lutheram.

Oppidum
Melanchth.
Mauricii
36.

Nicolaus
Glossenus.
Magdeburgi
docet
Lus.

Cum Flacius
con-
fugit.

Docet Lu-
theram
&
Melanchth.

Restituta
Mauricii
sub.

Moritur
ad collo-
quium
Wormat.

Scripta
Galli.

Id diri-
munt.

Magde-
burgi Sar-
cierus.

Annaberga
oppidum
Misnia.

Moneta
Schreefenberg
bera: ut
de Misnia.

Witem-
bergensis
theolog.
mambis

oppido recens tunc condito, primùm hujus cœli spiritum hausit *Erasmus* hic *Sarcerius*, sub annum *millesimum quingentesimum primum*. Patrem habuit e re metallicâ, ut annales *Misnici* docent, in lautâ & benè aucta parte constitutum. Hic filium primum in patriâ ludo literario, postea & *Friburgi* humanioribus disciplinis ac linguis inficiendum curavit.

Inde *Lipsiam* venit atque *Wittembergam*, Evangelicas illas Germaniâ Athenas: ibique sacrarum literarum studium amplexus; inter primos exstitit: qui Evangelii doctrinam voce scriptisque propagarunt. *Lubecam* deinde evocatus, ludoque literario præfectus, non sine fructu discentum, bonas literas & religionis Christianæ fundamenta tradidit: cujus rei argumento sunt *exercitia Dialecticæ ac Rhetoricæ*, ibidem conscripta; quæ typis evulgata exstant. Sed cum tutò ibi, propter religionem, vivere non posset; *Rostochium* secessit, & in schola docuit. Exinde *Vienne* Austriâ, & *Græcia* in *Stiriâ*, scholas rexit atque erudit. E *Stiriâ* *Lubecam* secundum profectus, ludo literario iterum præfuit. Postea ab illustri comite *Nassovio Guilielmo* invitatus, in *Nassoviensi* ditione ad *Rhenum* Ecclesias rexit, ad annum usque *millesimum quingentesimum quadragesimum octavum*. Interimisticis enim temporibus invalescentibus, *Guilielmus*, Imperatore sic mandante, discedere eum est passus.

In patriam itaque reversus, *Lipsia*, ad *D. Thomam* aliquantisper postea, & *Islebia*, in comitatu *Mansfeldico* Evangelium docuit: cumque anno *quinquagesimo septimo*, *Wormatiâ*, colloquium in religionis causa, indictum esset: eodem *Sarcerius* cum *Erhardo Snepfio*, *Victorino Strigelio*, *Joanne Stoffelio*, & *Joachimo Morlino*, juniorum Principum *Saxonie* legatis, venit. Hic cum præses colloquii, *Julius Pflugius* petisset: ut *Augustanæ* confessionis loci se à *Zwinglianis*, *Osiandristis*, *Adiaphoristis*, *Synergistis*, se jungerent: *Sarcerius* cum collegis, prolatis mandatis, se ab illorum erroribus suam confessionem se jungere professus est. Verum *Melanchthon* ante cognitionem causæ *Zwingianos*, *Adiaphoristas* & *Synergistas*; *Brentius* itidem *Osiandrum*, damnari minimè oportere contendit. Hac occasione arreptâ procedere Pontificii in colloquio noluerunt. Itaque re infecta domum est discessum.

Anno *quinquagesimo nono* *Sarcerius*, *Islebia* *Magdeburgum* evocatus, ad ecclesiæ gubernationem suscipiendam abiit. Verum quatuor duntaxat ibi concionibus habitis, calculi doloribus confectus, ad triumphantis Ecclesiæ societatem migravit, die *vicefimo octavo* *Novembris*, ætatis suæ anno *quinquagesimo nono*. Elatus est cum luctu civium concionem funebrem habente *Joanne Wigando*: quæ & typis exscripta exstat.

Hic quantus qualisque fuerit ex elogio duplici apparet, altero soluta, altero ligata oratione perhibito. Prius est ejusmodi: *Lucebat in hoc viro* (inquit non nemo doctorum) *commemorabilis gravitas & constantia, non minas, non exilia, non ullam ullius hominis potentiam aut vim pertimescebat. Penè dixerim, solem facilius de cursu dimoveri potuisse, quam Erasmus à veritatis professione. Vitam agebat castè & integrè, oderat luxum, tempestrè de convivio domum redibat, amabat simplicitatem, execrabatur sophisticam, & laborum erat tolerantissimus. Ecclesias viginti quatuor Comitatum constituerat, & juxta reformatam religionem ordinaverat. Concionator erat disertus, copiosus, & gravis, verè aculeos in animis auditorum relinquens.* Epigramma autem posterius elogium in effigiem *Sarcerii* ita habet:

Elogium ejus.

Sunt, hæc ora, genæ, facies & pectus Erasmi Sarcerii: Hæc potuit pingere docta manus. Verum nemo potest, quæ sit constantia mentis, Pingere: quin hoc non esset Appellis opus. Impia qui nunquam deliramenta secutus, Sincero fidei dogmate pascit oves. Quas non concinnas fraudesq; minasq; potentium

Epigramma in Sarcerii effigiem.

Sustinuit: forti pectore dura ferens? Nestoris eloquio similis facundia lingue, Illius tantâ cum gravitate fuit: Ut merito, sibi quem studiis quaesivit honorem, Ingenio & celebris fama per astra volat: Fortiter & tulerit quam tam mala misera ferendo:

Exilii fuerit pœna simenda licet.

Ingenii sui monumenta reliquit & multa & haud vulgaria, quæ in bibliothecis enumerantur.

David Chytraeus in *Chronico Saxonie: Sleidan.* in *commentar. l. 20. Chronicon Misnie: alii.*

PHILIPPUS MELANCHTHON.

1560. d. 19. April. ætat. 63. comp.

Communi bono *Philippus Schwarzgærd* / Græcè *Melanchthon*, *Brette*, inferioris *Palatinatus* oppido, nascitur, anno, mense & die, quem epigraphæ ædium avitarum hodie his indicat:

DEI PIETATE NATUS EST IN HAC DOMO DOCTISSIMUS DN. PHILIPPUS MELANCHTHON, D. XVI. FEBR. A. M. CCCC. XCVII.

Natalis Melanchth.

Genethliacum ejus schema ex hisce *P. Lotichii* carminibus extrui potest: quibus ita *Melanchthonem* * affatur:

Genesio Mel.

Cum Jove Mars primo fulsit tibi mitis in ortu, Thessalus hospitio fovit utrumque semex. Inventosq; lyra faustos tibi præbuit ignes, Humida qua liquidas urna refundat aquas.

* Elegia in obitum Melanchth. l. 4. eleg. 4. p. 114.

Falcerumq; senem, quamvis nil triste minan-
tem,

Mollit in quinta candida sede Venus.
Cynthia per felix, in culmine, virginis astrum,
Oppositos fratris currere vidit equos.
Inde tot egregia culto sub pectore dotes;
Dona tot, ignorat que rude vulgus, erant.

Parentes.
Georgius.
Saxoniae
erud. qui
d. 1508.
d. 29. Sept.
* Quam
amissit
An. 1529.
d. 6. Iunii.
Fuit Reu-
terina.
Rhythmi
illius.
In Epi-
grammat.
Philipp. I.
Hung.
Præcept.
Melancht.
Et Georg.
Siml.

Parentes habuit pios & honestos, inque re
mediocri constitutos, patrem *Georgium*
Schwarzerd / magistrum armorum, sub
principibus Palatinis *Philippo* & *Ruperto* :
matrem verò *Barbaram* *, foemina honesta
tam, prudentem & gravem : cujus hi fue-
runt rhythmi :

Wer mehr wil verzehren /
Denn sein Pflug kan ereren /
Der wird zu lezt verderben /
Und vielleicht am Galgen sterben : h.e.

Si quis de parvis vult plura absumere rebus :
Querere quam vigili sedulitate potest :

Is mendicando victum petet, ostia pulsans ;
Aut feret huic tristem crux laqueusq; necem.

Grammaticam Latinam didicit à *Joanne*
Hungaro Phorcensi, viro docto & honesto :
Græcam à *Georgio Simlero*, qui postea jus
civile cum laude professus. De illo, ut pu-
tamus, accipienda sunt, quæ alicubi ipse *
reliquit : „ Ego, inquit, habui præceptorem,
„ qui fuit excellens Grammaticus. ille ade-
„ git me ad grammaticam, & ita adegit : ut
„ constructiones facerem. Cogebat reddere
„ regulas constructionis per versus Mantuani
„ viginti aut triginta. Nihil patiebatur me
„ omittere : quoties errabam, dabat plagas
„ mihi ; & tamen eâ moderatione, quæ erat
„ conveniens. Ita me fecit Grammaticum.
„ Erat vir optimus : dilexit me ut filium, &
„ ego eum ut patrem : & brevi convenie-
„ mus, spero, in vitâ aternâ. Ita amabatur
„ à me : quamvis urebatur istâ severitate :
„ quanquam non erat severitas, sed castiga-
„ tio paterna, commonefaciens me de dili-
„ gentia. Cogebat vesperi querere regulas,
„ ut possem recitare. Videtis fuisse discipli-
„ nam strictiorem, quam jam est. Postquam
ergo utcumque Grammatica percepisset : puer
adhuc missus est in Academiam primum
Haidelbergensem anno seculi *decimi quinti*
nono, ætatis suæ *duodecimo*, inscriptus, die *de-*
cimo tertio Octobris. Ibi cum adolescentibus
nihil publicè traderetur, præter illam garrulam
Dialecticam, & Particulam Physicam ; & didi-
cisset jam connectere versiculos, aviditate
quadam puerili cœpit legere Poëtas : cui lec-
tioni, ut res postulat, adjunxit historiarum
& fabularum cognitionem. Hæc consuetudo
paulatim ipsum ad auctores veteres deduxit.
Sed nemo erat, qui rectam, orationis formam
ostenderet. Itaque cum in *Politianum*
& *Plinium* posteriorem incidisset subtilibus
argutisque sententiis delectatus quidem est,
sed & aridior factus, & ipsas illas argutiolas

Mittitur
in Acad.
Haidelb.

Legit Poë-
tas.

Politianū
item &
Plin. ju-
nior.

inanes abjiciendas sibi postmodum intel-
lexit.

Quamvis autem necdum ephebus esset,
tamen & erudit filios Comitum *Leonsenii* ;
& orationes aliis præscripsit, & testimonium
profectus, Baccalarei titulum vocant, om-
nium calculo probante, est adeptus anno
millesimo quingentesimo undecimo, ætatis suæ
decimo quarto, Convictu nius est *Haidelber-*
gæ Pallantis Spangeli Neostadiani Theol. Do-
ctoris, viri boni & sapientis, cujus Epitaphi-
um geminum in chori ambitu ad S. Sancti
hodieque visitur, albi * annotatum. Familia-
res habuit ibidem *Wimphelingum*, *Petrum*
Sturmium Argentoratensem, *Güntherum*,
thetorem, & *Sorbillum* quandam poëtam.
Triennio *Haidelbergæ* exacto, cum & cælum
minus ei esset amicum, & repulsam à philo-
sophorum quibusdam in supremi gradus Phi-
losophici petitione, ob ætatis defectum, tu-
lisset ; *Tubingam* concessit, nomenque Reçtori
Doctori *Joanni Schemero* ex *Offierdingen* de-
dit, anno *duodecimo* supra *millesimum quin-*
gentesimum, die *decimo septimo* Septembris.
Audiit ibi *Brassicarium* & *Bebelium* Poëtas
laureatos ; *Joannem Stöflerum* Mathematicum
per triennium ; *M. Franciscum Stadianum*,
Aristotelis interpretem, tunc celebres. In
Theologia *D. Lempum*, qui tum præcipuus
habebatur, de quo hoc saepe retulit, solitum
eum auditoribus depingere in tabula mon-
strum illud, quod vocant, *Transsubstantiati-*
onis, & insulitatem hominis tum quoque se
miratum. Biblia etiam puer, aut admodum
adolescens, semper secum circumtulit, avide
que legit in templo & alibi ; aded ut prof-
num quiddam ab eo legi existimatum fuerit,
quanquam falso. Errores tamen ejus seculi
cum aliis erravit ; unde ipse, *cohorresco*, inquit *
quando cogito, quomodo ipse accesserim ad sta-
tuas in Papatu. Audivit tunc & *Simlerum*,
quo antea usus erat, jura profitentem, nec
parum in eo studio profecit, ut scripta testan-
tur ; quin & *Tubingæ* leges privatim docuit.
Medicam quoque artem non neglexit, sed &
docentes eam audivit, & *Galen* libros ita le-
git, ut sententiam intellexerit, & pleraque
memoriter recitare potuerit. Tantus fuit in
ipso ardor discendi, rudi illo seculo. Narrat *
ipse, se admodum adolescentem, cum *Oeco-*
lampadio legisse *Hesiodum* : & cum in eo tum
ceteros locos, de ortu & occasu stellarum ;
tum verò versiculos eos, quibus ait ; *quadra-*
ginta diebus latere Plejades, intelligere cupe-
ret, neminem fuisse in magna frequentia,
præter unum *Stöflerum* ; qui juvare utrum-
que potuisset. Diu etiam ignoravit consi-
lium Aristotelis *, & accommodationem
Geometricæ proportionis ad justitiam distribu-
tivam, donec vidit eandem à Platone illu-
strius aliquanto traditam *. Ex *Agricola* et-
iam Dialecticis, tunc primum editis, atque
ab *Oecolampadio*, quem magni fecit, sibi
donatis, fatetur, didicisse intelligere oratio-
nes Ciceronis ac Demosthenis.

Itaque

Adole-
tulio
alios.
Baccal-
reus re-
numerat
In vit.
Pellican-
Familia-
res Mel-
Haidel-
Tubingæ
abst.
In vit.
Comp. &
lib. in
Philos.
Corn.
Itaque
Wsemb-
Melancht.
Præcept.
Melancht.
Tubingæ
D. Lemp-
pingi
Transj-
Melancht.
p. 304.
Melancht.
quomodo
Grammat.
docuus.
Bibliam
git.
* Explan-
Evangelii
Part. 2.
p. 592.
Audiit
rum Stö-
flerum.
Et Medi-
cos.
* Tom. 1.
Melancht.
p. 350.
* Lib. 1.
Eth.
* Lib. 5.
legit.

Itaque artibus, linguis, & Philosophia feliciter haustus, magister vel Doctor Philosophiæ Tubingæ, anno millesimo, quingentesimo decimo tertio, ætatis suæ decimo septimo, die conversionis Pauli, decano Philosophico M. Joanne Kress, renunciatus est. Mansit deinde ibi quadriennium, & docere cepit in Academia Tubingensi Virgilium primum & Terentium. Fuerunt autem exempla Terentianarum comædiarum tunc, propter summam hominum imperitiam, instar orationis pro sæ excusa. Restituit ergo optimum auctorem, monstrato carminis genere, & ea in schola quinque ejus comædias enarravit. Postea oratoria electio est demandata, in qua Ciceronis quædam juventuti proposuit, deinde Livii etiam sex libros absolvit. Interea tamen & alios, ut diximus, docentes audivit, & Typographicis operis præfuit, & multum cum I. Capnione fuit, ut alibi * dictum.

Interea in Saxoniam à Luthero certamina de religione mota sunt, cuius fidem in Evangelio promovendo Melanchthon Dei providentia, & Friderici Saxonie electoris vocatione, adjunctus est. Venit Melanchthon de Capnionis consilio Wittembergam, anno Christi millesimo, quingentesimo, decimo octavo, ætatis suæ vicesimo secundo die vicesimo quinto Augusti, decennio post Lutheri in eandem scholam adventum.

Discedente eo Tubinga Simlerus ille Præceptor, deplorandum esse toti civitati ejus abitum dixit, & subjecit; Quotquot ibi essent docti homines, non esse tam doctos, ut intelligerent, quanta esset doctrina ejus, qui inde evocatus discederet. Nec fallus est suo iudicio.

Quarto die postea quam Wittembergam appulit, auspiciatus est lectiones suas ab oratione, ut moris, publicè dicta, de qua sic Lutherus * ad Spalatinum: „ Habuit Philippus orationem quarto die postquam venerat, planè eruditissimam & tersissimam, tantà gratiâ & admiratione omnium; ut jam non tibi id cogitandum sit, quâ ratione cum nobis commendes. Abstraximus citò opinionem & visionem staturæ * & personæ, & rem ipsam in eo gratulamur & miramur. „ Cepit hoc anno explicare publico de pulpito Homerum, & epistolam Pauli ad Titum Græcè, magnâ cum auditorum admiratione & frequentia, de qua idem Lutherus ad Spalatinum *: Philippum Græcissimum, eruditissimum, humanissimum, habere commendatissimum. Auditorium habet referentium auditoribus: in primis omnes Theologos summos, cum mediis & infimis, studiosos facit Græcitatibus. Et alibi * ad Joannem Langum: Eruditissimus, & Græcanicissimus Philippus Melanchthon apud nos Græca proficitur, puer & adolescentulus, si ætatem consideres, cæterum noster aliquis, si varietatem, & omnium ferè librorum notitiam spectes, tantum valet non solum in utraq; linguâ; sed utriusq; linguæ eruditione, Ebræas quoq; non incognitas habet literas.

Ut primum ergo docere cepit, vidit præcepta artium & disciplinarum vel falsa, vel obscura, & inordinata inculcari. Derivavit itaque in se hunc laborem, ac omnium fermè doctrinarum systemata eruditè confecit; falsa recidit, obscura illustravit; inordinata, dextrè collocavit, & quod caput, ad usum quomodo omnia transferenda essent, primus, vel saltem unus non de multis primis eruditè monstravit. Anno decimo nono evulgavit Rhetoricam, sequenti Dialecticam, vicesimo quarto Grammaticam, aliis deinde annis alia, sed nobis hic propositum in primis quid in Theologia præstiterit, quantumque Evangelii cursum cum Luthero promoverit, indicare.

Anno itaque decimo nono adfuit Luthero Lipsiæ in disputatione cum Eccio: ubi cum quædam interloqueretur, dixit ad eum Eccius: Tace tu Philippe, ac tua studia cura, ne me perturba, & cum in schedula quiddam Luthero porrexisset, Eccius idem ad Lutherum, amove, inquit, à te istum saccum distinctionem: inò per convitium Grammaticum appellavit, *: Ausus est, inquit, Grammaticus Wittembergensis Philippus, Græcè & Latine sanè non indoctus, epistolam edere, me laceſſere, & pluribus nominibus causam non meam, sed fidei obscurare. Opposuit ei Melanchthon aliam epistolam * qua se defendit. Et hoc primum fuit in controversiis Theologicis specimen.

Anno sequenti epistolâ ad Romanos, clavem illam scripturæ, atq; confessionem Evangelicorum Ecclesiarum explicavit. Commentarium eum Lutherus postea *, in scio Melanchthone, Typographis tradidit divulgandum, ut infra dicemus, in præfatione autem idem Lutherus ita ad Melanchthonem: Ego, quod impii Thomista suo Thoma mendaciter arrogant, scilicet neminem scripsisse melius in Sanct. Paulum, tibi verè tribuo. Eodem anno Melanchthon adhortationem * scripsit, ad Christiana doctrinam, per Paulum prodita, studium. Vicesimo primo anno, cum Theologi Parisienses Lutheri libros & doctrinam, evulgato publicè scripto, damnassent: Melanchthon opposuit aliud scriptum *: adversus furiosum, (ita appellat ipse) Parisiensium Theologastorum decretum pro Luthero apologiam. Prodiit eodem anno liber à Melanchthone scriptus titulo: Didymi Faventini, quo respondi Thoma Placentino, hoc est, Emsero. Sub idem tempus actum est, de abrogatione missæ privatæ, in Ecclesia Wittembergensi per delectos: de quibus & Melanchthon, qui & responsionem scripsit * ad instructionem ex aula Saxonica, & propositiones de Missa, ut tum loquebantur, ac vero usq; Coena Dominica. Lucem viderunt item tunc primum Loci communes Melanchthonis: qui annò vicesimo secundo nomine Hypothesium Theologicarum iterum prodierunt, ut & annotationes in epistolam ad Romanos, & utramque ad Corinthios. Confluxit etiam ea tempestate cum hominibus fanaticis, de quibus alibi *.

Aggressus deinde Geneſeos librum, omnium Prophetarum scriptorum eruditissimum,

Conscribit systemata artium.

Et edit.

Labores Theologici Melanchth.

An. 1519. interest. d. 1. Lips. Tom. 5. de cl. Mel. p. 274.

* Tom. 1. ep. Lat. Luth. p. 332

* Exstat. t. 1. op. Lat. p. 336.

An. 1520. Explicat ep. Pauli ad Rom. * An. 25.

Mel. ops.

Pauli

Interpr.

* T. 1. decl.

Philos.

An. 1521.

Scribit

advers.

Paris.

Mel pro

Luthero.

* T. 2. op.

Lat. Luth.

Wittemb.

p. 202.

Et t. 2. op.

Mel. p. 82.

Actio su-

permissa

privata

abrog.

Sleid. l. 3.

* Conf.

Theol.

An. 1522.

L. C.

* In vit.

Luth.

An. 1523.

simum, enarrationes in aliquot saltem ejus capita foras dedit, paucas, ut ipse loquitur * & exiguas pagellas, cum liber multo copiosiore enarrationem flagitaret. Sub annum etiam *vicesimum tertium*, edidit *interpretationem monstri Papaselli* *, *Roma tunc in Tyberi inventi*, & *Amen* à Luthero ei interpretationi subiectum. Anno postea *vicesimo quarto* ad suos invisendos, comite inter alios *Joach. Camerario*, abiit: inde domum reversus, de voluntate jussu Heisorum Principis *Philippi*, qui in reditu Melanchthonem, ipse Haidelbergam ad ludos prociiscens, forte offenderrat, scripsit inter alia *epitomen* * *renovata ecclesiastica doctrina*, aliud item, *quid inter mundi & Christi justitiam intersit*. Praefationem quoque addidit *in threnos Ieremiae*, in *Psalterium Pomerani*: vertitque Latine *proverbia Salomonis*, adjuncta praefatione ad *Joann. Fridericum* Saxoniae Principem.

Bello à seditiosa per Germaniam plebe moto, *refutavit* * *articulos rusticorum*: quibus illi excusare suam rebellionem nitebantur. Ea de re ipse * ita ad *Joach. Camerarium*: *Ego à Principe Palatino vocatus fui in patriam, ut ibi de rusticorum articulis pronunciarer. Sed detulerat conditionem, ut scripto responderem, si mihi venire integrum non esset. Itaque nisi confutationem articulorum rusticorum, & consilium adjeci, quod fortunè Christus. Eodem anno in autumno Norimbergam venit, accersitus à Senatu urbis ad deliberationem de ludo literario apud se instituendo. Proximo anno eodem rediit iterum evocatus ad deliberationem, cum de Ecclesiarum, tum de nova scholae constitutione. Ita nunquam illum defugit laborem, qui ad Ecclesiae aut rei literariae incrementum faceret.*

Anno *vicesimo septimo*, post *millesimum quingentesimum*, praefectus est cum aliis primae visitationi ecclesiarum in ditionibus electoris Saxoniae *Joannis*. Fuit ea res plena laboris, plena obrectationis & invidiae, cum multa inordinate multa perperam, ne dicam impiè, fierent in rei Ecclesiasticae gubernatione. Complexus * Germanicè tunc est Melanchthon doctrinae summam perspicua brevitate, ut scirent docentes in ecclesiis regionum illarum, quid sequendum esset; neve diversa & dissentanea traderentur. Nec facit ullius libri abs se editi toties mentionem Melanchthon: quam hujus, quo se initiatum quasi Theologicis studiis innuit. Hinc in epistola quadam ad *Hardebergium*: *Cum esset magna dissimilitudo opinionum ante annos ferè tringinta; inspectio ecclesiarum praebuit mihi occasionem edendi summam doctrinae, ita recitatam, ut multae controversiae dijudicarentur, & monstraretur forma orationis propria in multis. Eam rem profuisse ad conjunctionem qualemcunque Ecclesiarum existimo.*

Annus *vicesimus octavus* consultationes Melanchthoni attulit de rebus gravissimis & periculosissimis. Fama * enim sparsa erat conspirationis cujusdam *Franslaviae* per lega-

tos inita, ad coercendos eos: qui à Papatu decessissent. Itaque animi exasperati, & exercitus à Saxone atque Landgravio Hassiae contractus. Verum cum Pontifici Principes & Episcopi singuli se purgarent, intercessionem Treviri ac Palatini Electorum, & sapientia atque virtute Saxonis, incendium extinctum; Germania periculo; omnes metu liberati sunt. Quod autem fuerit consilium * Theologorum eo in apparatu bellico, explicat Melanchthon epistola ad Camerarium. Scripsit & tunc ad Erasmus super diffidio inter ipsum ac Lutherum, optatque nunquam ortum, judicat utrinque peccatum, tandem his concludit: *Plus profutura erant ecclesiae utriusque vestrum studia, si ad sananda haec diffidia conferrentur. Et faciat Christus, ut consulescat hac inter vos contentio: ut scilicet ageretur, ut certamina instituerent non diffidorum, sed honestissimorum studiorum.*

Vicesimus nonus annus mirificè eum exercuit, propter actiones conventus Spirensis: quò cum Electore Saxoniae, suo Principe erat profectus. Res enim variis modis erant exulceratae, & malorum incrementa undique impendebant. Varia itaque coactus tum fuit considerare, & in futurum vereri. Eo tempore accidit id, quod notum, & à nobis alibi * relatum verbosè de *Grynao*, memoria dignum. Vidit eodem tempore postremum Melanchthon matrem suam, ad quam Spira excurrit. Ab ea cum interrogatus esset, *quid sibi in ejusmodi controversiis credendum?* respondit, auditis illius precibus, quae nihil superstitionis habebant, ut *pergeret hoc credere & orare, quod credidisset & orasset haecenus, nec pateretur se turbari confluctibus dissipationum.* Ex eodem conventu *epistolam ad Oecolampadium* scripsit *: cui opposuit *Oecolampadius epistolam apologeticam*; eamque Melanchthoni coram in conventu Marpurgensi de quo mox, reddidit; tandem etiam publicam fecit, cum emisisset *Melanchthon Patrum de caena Domini sententias*, à se collectas. Contra quas *Oecolampadius* edidit *dialogum*: quem Melanchthon affirmavit, *primum sibi causam attulisse, antiquitatis purioris de hac controversia sententiam accuratius investigandi.*

Et constat Melanchthonem etiam antea sollicitum ea de controversia fuisse, quando ita ad *Camerarium* *: *De negotio uxoris* non aliud adhuc susceptum video; nisi ut hac occasione in intricatas, obscuras & profanas quaestiones ac rixas, conjecti animi, à conspectu doctrinae necessariae, tanquam turbine quodam, auferantur. Ego rem committo Christo, ut gloriae suae pro sua sapientia consulat. Et spero adhuc constanter, eum *δοκιμαζέμεν ἡμῖν ἢ ὡς τὰ τὰ πρὸς γίματ' ἢ ἀλήθειαν* pat. facturum esse etiam ita de re veritatem: Nec spe frustratus est optimus Melanchthon.

* Ep. Mel. t. 1. p. 357.

* Papasellus monstr. in Tyberi repert. An. 1496. An. 1524. Camer. vita Mel. p. 101. 102. seq. * T. 2. ep. Mel. p. 1.

An. 1525. * Tom. 2. ep. Luth. German. Wittemb. p. 97. & consil. Ger. Phil. * Ep. Cam. p. 28. & conf. Th. Evocatur Norimberg. Melancht. An. 1526.

* In libello visitationis Sax.

Ad eam se refert tanquam ad explicatam doctrinae formam.

An. 1528. Belli incend. in Sax. * Chytr. in Sax. l. 12.

Sleid. l. 1. p. 132. Cam. vita Mel. An. 1524. Oibo. c. 1. p. 75. Et epist. Cam. p. 101. seq. Epist. Melancht. super diffidio inter Luth. & Erasim. An. 1529. conv. Spira. Ad eum cum alio Saxon. Melancht. * In vita istius Grynaei & Melancht. inter Phil. Germ. Scribit ad Oecolamp. * Tom. 2. declam. Mel. & ep. Oecolamp. p. 601. Editi sent. Pat. de can. Cui dialog. opp. ni Oecol. * In epist. ad Camer. pag. 6. An. 1524. * In epist. ad Camer. pag. 150. Controversia calumniam Melancht. Melancht. noni ad Jond. Theol.

Hoc etiam anno Melanchthon Marburgi fuit, in colloquio Theologorum, quæque pacis erant, suo loco fideliter tuavit, de quo etiam ante * hac.

Qui secutus est annus verè cum virum ostendit. Ibi enim in comitatu Electoris Saxonis cum ipse esset vel primus è nostratibus, in ipsum etiam præcipuè omnia Theologica-rum rerum negotia incubuerunt. De voluntate principum Protestantium informata est summa quædam doctrinæ: è qua post diligenter considerationem compositum est scriptum, comprehendens aliquot capitibus doctrinam illam universam, opera, cura, & immenso labore Melanchthonis. Es in scripto quæstiones variæ, disputationum contentionibus agitæ, & ordine dispositæ, & adsertione simplici aperta que ita illustratæ ac definitæ sunt, ut ab eo tempore certa & explicata ratio doctrinæ cælestis, uno scripto exposita, ceperit exstare. Oblatum est id scriptum Carolo Imperatori titulo Confessionis: cum Melanchthon maluisset, non principum & eis adjunctorum; sed docentium, qui Theologi vocantur, nomine edi. Sed, subscriptis principum nominibus actionem illam splendidiorem fore, iudicatum est: aliis quoque de causis, visum melius. Prolatum etiam & recitatum coram Imperatore fuit responsum quoddam quo confessio illa refelle-retur. Eius exemplum cum haberi non posset, Melanchthon Apologiam scripsit, ex præcipuis capitibus & argumentis inter prælegendum exceptis, in qua copiosius quædam explicavit, & vehementius adversarios urisit, sicut & postea operam dedit, ut omnia essent dilucidiora ac planiora. Verè enim & præclare dicitur, *multa dies monet, & posteriores cogitationes sunt prioribus meliores.* Nihil tamen in re ipsa & dogmatibus est immutatum.

Fuit eo in conventu valdè sollicitus Melanchthon, ne vel conscientiam vulneraret, vel estimationem suam læderet, vel Reipub. Christianæ incommodaret. Itaque non dubitavit quoscunque, etiam adversarios, accedere, & quid de rebus controversis sentirent, cognoscere: quod ejus factum variis fuit obnoxium judiciis & calumniis, præsertim cum Episcopis suam * potestatem, modò & ipsi evangelio locum, reliquisset. Id quod Luthero non modò adstipulatore, sed auctore fecit. Nihilominus tamen hæ voculæ à non nemine auditæ fuerunt: si ingente pecunia à Romanensi factione Melanchthon conductus esset, ad statum ipsorum defendendum, non potuisse meliore & ipsis utiliore ratione causam eorum agere. Et Eccii vox iisdem in comitiis ad Melanchthonem fuit: *Tua, Philippe, ἐπιείκεια, & Pomani ἄγαστρον, plurimum adjuverunt causam vestram.* Sed hæc contempsit Melanchthon conscientia suæ testimonio fretus. Adjuncti illi quidem fuerunt & alii, sed non omnes ejusdem iudicii in re tanti momenti. Ferunt à Melanchthone rerum meritò satagente quendam interrogatum: *Putarene particulam*

gratis retineri posse? cum fatemur; hominem fide sola justificari, idq; gratis: respondisse alterum illum, quidni? addatur etiam frustra. Itaque passim in epistolis ad Flacium & alios hoc repetit: *Scripti Augustanam confessionem tunc, cum haberem reprehensores multos, adiutorem neminem.* Imò alibi: *si nunc mihi, inquit, adornanda esset confessio illa, accuratius omnia complecterer, quam eo tempore licebat.* Post longam disceptationem & tentatam aliquoties compositionem, discessum est, ut potuit, non ut expetitur fuit.

Postea aliquot annis, Pontifice de synodo pollicente, deliberationes Theologorum susceptæ sunt, & sententia eorum exquisita. Melanchthon sane simulati à Pontificiis omnia, & hoc agi, ut conditionibus ferendis nostrates à synodo deterrerentur, non vidit, non persuasum habuit. Simplici animo igitur non improbavit, indici synodum à Pontifice, & præsidem eundem in ea non recusabat. Hoc tamen non admisit, quod imprudenter postulabatur; ut promitterent jam tum universi, synodi decretis se stare velle. Dixit enim in concilio & accusationes, & defensionnes, & sententias liberas esse oportere, & ineptum de eventu pacisci antè, quam cognitio sit suscepta. Hac in sententia mansit. & de synodo res fuit facilis, quam Cesar cogere non poterat: Pontifex aurem volebat. Tribus etiam tunc annis continuis cometæ sunt conspecti, de quorum consideratione multa eruditè ad amicos Melanchthon.

Anno trigesimo quarto vocatus est à Landgravo Haliæ ad colloquium cum Bucero de quo ipse ita ad Joachimum Camerarium: *Hæc primùm, hoc est, die nono Januarii domum reversus sum ex Caritis, quò me & Buccerum vocarat ὁ μακάριος Philipp Landgravius, ut ego nostrorum, ille suorum sententiis affir-ret, & τὸν ἑαυτοῦ ἰσχυρῶς in illa pervulgata causa. Meam sententiam noli nunc require-re. Eui enim nuncius aliena, etsi profecto non dissimulabo, quid sentiam, ubi audiero, quid respondeant nostri. Ac de hac re tota aut coram, aut cum habeo certiores tabellarios. Ipsius principis Cattorum summa fuit erga me comitas. Familiarissimè mecum de multis gravissimis rebus locutus est. Quo in sermone nihil animadverti, quod indignum esset aut bono viro, aut bono Principe. Trigesimo verò quinto anno expetitur etiam ab Angliæ Rege Henrico: & Gallia rex missis literis clementissimè eum ad se invitavit, quarum hoc est exemplum:*

Franciscus Dei gratia Francorum Rex, dilecto nostro Philippo Melanchthoni. S.

Singulare tuum ad sedandas eas, qua in doctrinam Ecclesiasticam invecita sunt altercationes studium intellexeram antea quidem ex Guilielmo Bellajo Langæo cubiculario atq; consiliario nostro, quo ego præcipuè sum usus ad eam rem ministro & interprete. Nunc verò ex literis ad eum tuis, & sermone

Exitus co-mitior. Augusti.

Synodus à Pontif. promissa, sed simulata.

Melanchth. quid admiserat & quid non.

Cometæ conspecti

An. 1554. Vocat. à Landgr. Melanchth. ad colloq. cum Buc.

Part. 1. consil. Th. pag. 238.

An. 1555. Expetitur à Rege Angliæ & Gallia.

Litera Regi Gallia ad Melanchth.

Guilielmo Bellajo Langæo.

Barnabas
V reus
Fossa.

redeuntis à te Barnabae Forei Fossae, intellexi etiam, te hoc laboris perlibenti animo suscepturum, uti ad nos primo quoque tempore te conferas, deque unione doctrinarum cum selectis aliquot nostratibus Doctoribus hic apud nos coram disseras, atque rationes in eas; quod resarciri possit pulcherrima illa Ecclesiastica politica harmonia, qua una etiam quum ego mihi nihil usquam unquam majore cura, studio, sollicitudine animi amplexandum esse duxerim, committere nolui: quin hunc statim Foreum Fossam ad te dimitterem, cum his veluti publicae fidei obsidibus literis, obtestarer etiam, abduci te ullius persuasione ut ne sinas ab hoc pio, sanctoque instituto. Venies omnino mihi gratissimus, seu privato tuo, seu publico vestratum nomine advenis, meque re ipsa experieris & privatim Germania vestrae dignitatis, & publicae in universum quietis ante omnia esse (atque adhuc semper fuit) studiosissimum. Vale ex oppido Guxse: die 28. mensis Junii, Anno Domini millesimo, quingentesimo, tricesimo quinto.

* Confil.
Theolog.
pag. 238.
Melanch.
non dimit-
tatur ad
Callum.

Hac de vocatione & quid eam consecutum sit, ipse Melanchthon indicat epistola quadam ad Conradum Hereshbachium: Rex Galliae non obscure significavit sibi mentem consilium probari. Misit Romam, meque vocavit: ut de iisdem rebus me audiret, sed Dux Saxoniae noluit me dimittere. Noluit privatam quenquam pacisci cum illo de Republ. Sic enim loquuntur: Δουκὲς ἡ καὶνότητι τοῦ ἀπασιδίου τρυφῆναι καὶ διαμαρτυρῆσαι ἐδὲν μέτερον, ἢ καὶ πικρῶν, ἢ πολιτικῶν φρονήτων. Cedamus igitur fatis. Nunc Anglus me vocat. Sed aliis de rebus, ἐξ ὧν μᾶλλον θέλωμαι εἶναι ὑμῶν καὶ σπουδαζόντων καὶ ἰνὴν ὁμόνοιαν ποιεῖν τῆς ἐκκλησίας.

Ad ipsum etiam regem Galliae literas dedit, quibus ejus studium ac voluntatem sanandae ecclesiae commendavit: oravitque ne id deponeret, simul veniam suae emansionis precatus.

An. 1536.
Invisit
suos Melanchthon
De scalis
labitur.

Anno tricesimo sexto, ad suos Melanchthon excurrit, invisorum amicorum ac valetudinis causa, quod in suspensionem vanissimam quidam rapuerunt. De scalis etiam lapsus, os factum dorsi graviter afflixit, & aliquot diebus cruciatus gravissimos per tulit, postea tamen feliciter restitutus. Anno subsecuto conventus Theologorum fuit indictus Schmalcaldiae duabus de causis. Primum ut collatio fieret accurata de doctrina, & tollerentur dissidia. Deinde ut deliberaretur, qui articuli ad extremum defendendi & anteponendi essent omnibus rebus humanis: qui verò concedendi Pontifici & ecclesiastico πολιτεύματι propter pacem, & ad communem ecclesiae concordiam restituendam: si res ad moderationem aliquam deduceretur. Eo in conventu partes etiam praecipuae fuerunt Melanchthonis, Lutherum gravi morbo impediente: quando iussi sunt Theologi conscribere aliquid de Pontificis Romani potestate, seu primatu, & jurisdictione Episcoporum.

An. 1537.
Conven-
tus Smal-
cald.

Anno tricesimo nono, cum Protestantes principes Francofurti ad Moenum convenissent, iussus est Melanchthon eodem proficiscentem principem suum sequi: ubi ob metum violentiae scriptum de legitima defensione composuit.

An. 1538
Conven-
tus Fran-
cofurti ad
Moenum.

Anno quadragesimo iterum interfuit colloquio Schmalcaldiae: ubi cum Lundensis rediens ex Hispania scripsisset, Carolum Imperatorem venturum in Germaniam, non ut bellum civile moveret, sed ut de concordia ecclesiarum deliberaret: iussi sunt & Protestantes deliberare, quid defensuri essent, quid largituri adversariis. Censuerunt itaque reddendam Episcopis dominationem politicam, si Evangelium amplectantur, & vitia ex Ecclesia tollant: sed in doctrina negarunt, posse abjici articulos eos; quos in confessione & Apologia essent professi. Scripsit Melanchthon etiam tunc responsum nomine Electoris Saxoniae Joann. Frederici, Philippi Hassiae Landgravii, & reliquorum cum his conjunctorum in negotio religionis, datum legatis Caroli V. comitibus Theodorico de Manderfeldt, & Guilielmo de nova Aquila: quod exstat*, & prolixè agit de bonis ecclesiasticis & monasteriorum redditibus: deinde & causas indicat gravissimas, mutata religionis & rituum. Negari non potest, inquit, multa non toleranda vitia in Ecclesiam irrepisse. De poenitentia & remissione peccatorum fuit summa confusio doctrina. Sacramentum in missa ad quos abusus translatum fuit? In velibatu quantum est turpitudinis? Doctrina de potestate clavium plena fuit vanitatis & ambitionis. Quantum fuit onus traditionum superstitiosarum? Quam nullus delectus ministrorum Evangelii? Editum est tunc & scriptum contra Schroeckenfeldium, Sebastianum Francum, & alios errores, qui semina Donatistarum, Scoticorum, & aliorum fanaticorum spargebant.

An. 1540
Colloqui-
um Schmal-
caldiae
ubi quid
actum.

Dignata
cum Ec-
clia
T. 4.
Melanch-
thon sine
Conf.
Theolog.
p. 402.

Respon-
sionem
legat.
Caroli V.
à Protest.
datum.

Cum autem decretum esset: ut Haganoae ad Rhenum convenirent Theologi Protestantium, missus eodem fuit Melanchthon, sed Vinaria in morbum ferè lethalem incidit. Ortus fuerat morbus ex morsu doloris ejusdam; & illum prospexerat Melanchthon ante iter Haganoense, somnio quoque monitum se scribit: impendere sibi lethalem morbum. Itaque & testamentum domi scripsit: quod apud Crucigerum deposuit: & cum per pontem, quo Albis ad Wittenbergam stratus, egrederetur, dixit:

* In conf.
Th. Mel-
part. 1.
p. 371. seq.
Causa
mutata
religionis.

Confil.
Theolog.
p. 385.
Script.
contra
Schroecken-
feldium
& similes.

An. 1540
Conven-
tus Hagano-
ensis
In itinere
morbo
corrip.
Melanchtho-

Viximus in synodis: & jam moriemur in illis.

Ex eo tamen Dei gratia, & sedula medici Georgii * Sturciada cura, inprimis autem Lutheri & Crucigeri precibus, non tam convalescit, quam revixit. De eo ipse ita ad Baccardum & Mythobium: Tuas Epistolas hac astate missas accepi, primam Schmalcaldiae, alteram in Thuringia, cum essem horribilis morbo oppressus, qui tantum ex animi dolore

Melanch-
thon quar-
teriam
Joann.

An. 1544
Lutibon.
Collog.

Ubid. L. 1.
p. 351.

Ledit gra-
viter des-
tam casu
Collocata
in Ratis-
bonam
Liber Ca-
lvanus.

* De quibus
in vita
medicor.
German.
Convales-
cit.
† Confil.
Theolog.
p. 394.

dolore ortus erat, quem aliena * mihi causa attulerat, de qua & tu quereris. Fuissem extinctus, nisi adventu Lutheri ex media morte revocatus essem. Nunc te oro, ut Deo causam commendes, & horteris eos, qui de eo negotio loquuntur: ut hos sermones premant, nec judicent re non integrè cognita.

Recuperata valetudine in *Fangionas* ad aliquoties dilatum colloquium abiit, quod tergiversantibus adversariis in annum quadragesimum primum est extractum. Post longas variasque actiones & singulorum auditiones; tandem *Eccius* cum *Melanchthone* de peccato originis disputavit, quæ disputatio exstat *. De eo conventu *Melanchthon* ita † ad *Iustum Jonam*: *Meministi apud Ciceronem in libro de legibus historiam esse de Lucio Gellio, qui, cum ei decreta esset Asia provincia, in itinere Athenis convocavit omnium seclorum Philosophos, ac hortatus est eos ad componendas controversias, ac dissidia doctrina. Ostendit quantum profutura sit studiis & moribus dogmatum consensio, ac pollicetur, se pacificatorem & arbitrum fore. Prope modum hic ita res agitur. Noster Lucius Gellius ait, nihil opus esse prolixa disputatione, posse rem subito componi a stantibus, sicut Judæi agnum stantes assumebant (hanc enim similitudine usus est) & habet horum consiliorum socium Eccium; qui persuadet, tantum esse rixas verborum. Isti autem nos planè ducunt fatuos esse, aut non satis attendunt, quantam rem agant, sed fortassis vaticinantes, delere CHRISTUM cupiunt, sicut Judæi mactarunt agnum.*

Abruptum est colloquium inter *Eccium* & *Melanchthonem* tertio die postquam inchoatum jussu *Cæsaris*, & *Ratisbonam* rejectum. Dimissi ergo collocutores domum: ac postea *Ratisbonam* venire jussi. In disputatione illa accidit, quod ad memoriam modestiæ *Melanchthonianæ* facit, & à *Luthero* narratum est. Protulit *Eccius* argumentum quoddam subtile & argutum, de quo solvendo dum *Melanchthon* incipit cogitare, *eras*, inquit ad *Eccium*, tibi respondebo. Tum *Eccius*: id verò non est laudi dandum, si ex tempore respondere nequeas: cui *Melanchthon*: mi Doctor, non quero meam gloriam hoc in negotio, sed veritatem, *eras*, volent Deo, me audies.

Paulò itaque post *Cæsar Ratisbonam* venit: qui eodem & *Protestantium Doctores* evocavit, colloquii continuandi causa. Ad id & *Melanchthon* ire jussus, cum in itinere ad fines territorii *Palatini* pervenisset, esse dum quo vehebatur, eversum est: & dextram ipse ita graviter afflixit: ut non sine cruciatu literas pingere potuerit, nec unquam integer ejus usus ipsi restitutus sit. *Ratisbonam* ubi venit de *Cæsaris* voluntate unus ipse à parte *Protestantium* ad colloquium est delectus cum *Bucero* & *Joan. Pistorio*, additis praesidibus ac testibus: à *Pontificiorum* partibus steterunt, *Julius Pflug*,

Joann. Eccius, & *Groppe* etc. Cùm hi convenissent die *vicefimo septimo* Aprilis exhibitum est nomine *Cæsaris* scriptum: quod illi ceu normam sequerentur, ea cum conditione, ut quæ non probarentur, liberè rejicerent. Initia quidem non habuerunt controversias, sed locus de *Justificatione hominis* neutri parti satisfecit; & secutæ disputationes aliæ, de *Ecclesia*, de *Satisfactionibus*, de *potestate Ecclesiastica*, de *invocatione divorum*, de *missa applicatione*, de *missa privata*, de *usu integra cæna*, & aliis: ac hi, qui *Augustanam* amplexi confessionem, non acerbam de eo tulerunt censuram: sed nec *Eccio*, nec *Episcopis*, ut & *Guilielmo Bavariæ Duci* satisfecit. Exitus fuit hic, ut tandem negotium totum ad concilii dijudicationem fuerit rejectum, & pax à *Cæsare* certis conditionibus utrique parti mandata, ac spes deliberationum de emendatione *Ecclesiæ* ostensa. Eo in colloquio *Melanchthon* ad *Cæsarem* fuit delatus, cohortationibus *Gallicis* eum asperiores factum. Itaque nominatim eum *Imperator* apud *Landgravium* ad se vocatum accusavit. Causa fuit, quod noluerat regnum confessionum, ut vocant, approbare. Judicium autem suum de illo, quem diximus libro, *Melanchthon* versibus sequentibus exposuit, argumento *somnii de Hyena* in comitiis *Ratisbonensibus*:

Me jussere Duces fallacem pingere hycnam;
Et monstri spectem proposuere mihi.
Tetra erat ex variis moles confusa figuris;
Tectaque liventi sanguinolenta cute.
Virginis vultus, sed torva, micantia flammis,
Lumina, sœvitia tristia signa dabant.
A collo gemini pendebant membra Draconis,
Scyllæ tandem pars erat ima pedes.
Horrebam aspiciens, & toto corpore sanguis,
Ac penè extincto sanguine vita fugit.
Ut pingam tamen illi urgent: non obsequor, ajo
Iratus, pingi non bene posse pedes.
Quò ruitis proceres? qui mentes occupat error?
Cur templo infertis talia monstra DEI?
Excitior somno, gelidus cum pectore manas
Sudor, & è subito membra pavore stupent.
Non nihil hac moneor fortassis imagine: sed te
Christe rogo, ut placidus pectora nostra regas.

Non satis facit.

Exitus colloq.

Ad Cæsarem delatus Mel.

Causa ejus.

Judicium Melanchth. de libro Cæsaris.

Carmen de Hyena. Concil. Theolog. pag. 453.

*Axioma
Melanch.
de Sacra-
mentis.*

*Eccius re-
futatus eo.*

*Granvel-
lani ad
Melanchth.
verba.*

*An. 1542.
Nic. Ams-
dorf. des-
ignatus
Episcop.
Naumb.*

*An. 1543.
Herman.
Colonienf.
relig.
emendat.*

*Ed evoca-
tus Me-
lanchth.*

*Reforma-
tio Colon.*

Hoc in colloquio Melanchthon Pontificiis objecit illud axioma: *Nihil habet rationem Sacramenti extra usum divinitus institutum, & Christus adest non propter panem, sed propter hominem.* Quod cum ad Lutherum allatum esset, gaudio exultavit, & *maeste Philippe*, exclamavit, *ta eripuisti Pontificiis quod ego non ausus fuissim.* Ea sententia Eccius ita revictus fuit, ut nihil contra potuerit, & in furore ad Melanchthonem dixerit, *se disputaturum cum ipso ad ignem usq.* Cumque præ indignatione largius in cæna bibisset, febrim nactus, nunquam postea ad collationem doctrinæ rediit. *Nicolaus autem Perennotus de Granvela* Cæsaris commissarius, audita idolatriæ mentione ex Philippo, summè commotus dixit: *Philippe, hæcenus ferre potuimus, nos errorum ac abusuum insinulari: sed idolatra audire vel esse nolumus. Ac dominus meus Imperator potius amitteret omnia sua regna, quam pateretur se appellari idolatram.* Paucis autem interjectis diebus, cum collocutores, *Groppero in Eccii locum* suffecto, iterum convenissent; Granvellanus ad Melanchthonem: *Philippe, inquit, ego hisce diebus de vestra illa disputatione diu multumque cogitavi, ac deprehendi, controversiam esse arduam, & vel solam concilio dignam.* De regula autem illa ad amicum Philippus verè gloriatur: *Nemo in his regionibus hanc propositionem scripsit præter me; Nihil habere rationem Sacramenti, extra usum institutum.* Cum Ratisbonâ (ut hoc etiam adjiciamus, cujus ipse memor Melanchthon in conflictibus fuit) cum igitur discederet Ratisbona Melanchthon; comitatus est eum cum aliis amicis *Jacobus Scurmius*, nobilitatis Germanicæ decus. Huic Melanchthon valedicens; *nos in hac vita, inquit, non iterum sumus conventuri.* Tunc ille; *Imò respondit; rursus conveniemus ad te crucifigendum.* Quæ verba quam vim habeant; nemo non videt.

Anno *quadragesimo secundo*, cum ab electore episcopus designatus *Amsdorfius* in sedem Naumburgensem, præsentem ipso Electore *Joan. Friderico, Joan. Ernesto* fratribus imponeretur; adesse ibidem Melanchthonem iussit. Suscepit iter illud, quamvis cum *Julio Pflugio* excluso intercedebat ei usus haud vulgaris: ut ecclesiasticæ & scholasticæ administrationis diligentius constituendæ, vel auctor, vel adiutor esset, de aliis rebus nihil sollicitus. Sequenti anno *Hermannus* Archiepiscopus *Colonienfis*, reformationem ecclesiarum in sua diocesi magno studio ac zelo est molitus ex decreto Ratisbonensi. Impetravit ergo à *Joan. Friderico* Electore, ut negotii piissimi, ex voto conficiendi causa, Melanchthonem ad se proficisci pateretur. Deduxit eum *Petrus Medmanus* mandato Archiepiscopi, mense Aprili: venitque ad Principem *Bonnam*, ubi ille tum commorabatur. Aderat jam & *Bucerus* Argentorato evocatus.

Itaque conjunctis operis conscripserunt reformationem *Coloniensem*. Sed eam eccle-

siastici nullo modo ferre voluerunt, quin edito *antididagmate* in ejus præfatione, post magnam vim conviciorum in Lutheranos, affirmare non dubitaverunt: *malle se sub imperio Turcico vivere, quam sub magistratu, talem reformationem probante ac defendente.* Editus est tunc à Clero *secundario* liber contra *Bucerum* nomine quidem, sed revera contra omnes Protestantes. Is etiam plenus fuit conviciorum, & ejusmodi spurciciarum, quas vix in lenone ferrent aures mediocrium hominum. Poëta ejus fuit *Carmelita* quidam, *Bacchi & Veneris* sacerdos. Huic respondit Melanchthon scripto †: quod unum est ex ejus optimis, quodque ipsi auctori placuisse, multis ex locis colligi potest. Rediit ex *Ubis* ad suos Melanchthon mense Augusto ejus anni, maximæque lætitiæ omnibus fuit ejus adventus: imprimis optimarum literarum studiosis; qui obviam illi processere, secuti præceptores plerosque & magistros suos. Cæterum totum illud reformationis negotium ad nihilum recidit *Carolo* in Germania victore: ut alibi exponitur.

Annis duobus securis domestica Melanchthonem exereuerunt, quando & filiam sibi chatissimam longè * abduci vidit, se invito, & obitus amicorum ac piorum in Gallis supplicia audivit, & rectudescente illo diffidio sacramentario, Lutheri animus à multis in bonum Melanchthonem fuit incitatus. Sed patientia & precibus sibi dolore leniit, & nubecula illa citò disparuit, moderationem solitam Melanchthone usurpante.

Anno *quadragesimo quinto* ordinationi illustissimi principis *Georgii Anhaltini* ad ministerium Evangelii, & inspectionem ecclesiarum in episcopatu *Mersburgensi* interfuit. Ipse etiam tunc testimonium ordinationis nomine omnium in ecclesiis vicinis Superintendentium conscripsit: quod alibi * recitamus. Cumque sub id tempus *Fridericus* elector Palatinus, qui *Ludovico* successerat, de ecclesiarum agitaret reformatione: composuit Melanchthon, cum evocato venire integrum non esset, scriptum de *reformandis ecclesiis*; cujus synopsis aliquot regulis comprehendit, quas addimus.

Vera & salutaris gubernatio ecclesie Christi præcipue in his sex membris consistit.

Primum, in vera & pura doctrina, quam Deus ecclesie sue patefecit, tradidit, & doceri mandavit.

Secundò, in legitimo usu Sacramentorum. Tertiò, in conservatione ministerii Evangelici, & obedientia erga pastores Ecclesiarum, sicut Deus vult & postulat conservari ministerium Evangelii, & servat ipse sua potentia & presentia.

Quartò, in conservatione honestæ & piæ disciplinae retinendæ per judicia ecclesiastica, seu jurisdictionem ecclesiasticam.

Quintò, in conservandis studiis necessaria doctrina & scholis.

Sextò:

Cui illud didagma opponitur Pontificiorum sententia. Liber contra Bucerum.

† *Exstat. t. 1. declar. Mel. p. 110. Et consil. Th. p. 336. t. 2. epist. Mel. p. 97.*

An. 1542. & 44. Domestica cura Melanchth.

** v. utam Sabini Mel. cum Lutheri commissariis.*

An. 1544. Georg. Principis anhalt. Episcop.

** In vita ipsius præstat. Georgii.*

Conf. Thol. p. 386.

Gubernatio ecclesie in quibus consistat.

An. 1548. Quid con- tentus propter interm.

Sexid, ad hac opus est defensione corporali & facultatibus, ad personas, quae sunt in officiis necessariis, alendas †.

A morte Lutheri exarserunt bella tum Theologica tum civilia. Illorum coryphaeus fuit *Flacius* quidam *Illyricus*, cujus vitam etiam huc propter historiam adunximus. Civilis autem princeps causa fuit *contemptus*, ut dicebatur, *Cæsaris* & *lese majestatis crimen*, deinde *Princeps Pontificius oppugnatus: castellum illius dirutum, presul Naumburgensis non admissus, & Pontificiorum stabella*. Ibi tum ergo cum familia & amicis in Saxonia vagatus est Melanchthon. Dimissus est cœtus discipulorum anno *quadragesimo sexto mense Novembri*. Subiit autem in illa tempestate Melanchthon tectum oppidi *Servestanti*, ditionis *Anhaltinorum*: quorum prolixam in se expertus est benignitatem: obtulit ei etiam munificè hospitii copiam *Norinbergae*. Sed confecto in *Misnia* bello redeundum sibi *Wittembergam* statuit, & ut eodem se reciperent alii, auctor suatorque fuit. Exorsus est operas scholasticas die *viceesimo quarto Octobris* anni *quadragesimi septimi* à prælectione epistolæ *Pauli ad Colossenses*. Nequaquam autem hic prætereundum est somnium: quod Melanchthon somniavit. Hic enim cum *Servestâ*, quo, ut dictum, cum familia & paucis scholasticis se receperat, excurrisset cum *Vito Winshemio* & *M. Marcello*, ad visendos collegas, qui remanserant, ac *Wittembergam* die nono *Aprilis*, qui erat vigilia *Paschæ* venisset: somniavit ea nocte se legentem in scriptore *Græco* incidisse in hæc verba: *Τιμόθειον ναυμάχησεντα ἀλώνας*, & eis adscriptam vidisse notam numeri *XV*. ac in somnis secum disputasse, activè ne an passivè verbum *ἀλώνας* exponi deberet, sicut & die *Paschæ* in templo, indicans hoc somnium collegis, querebat propriam verbi interpretationem, & quid somnium videretur significare. Sed eventus ipse interpretationem addidit. Nam *XV*. die post, hoc est, *24* die *Aprilis* commissa pugna in ripa *Albis* ad *Mulbergam*, *Dux Joannes Fredericus*, Elector captus est à *Cæsaris Caroli V.* equitibus, traductis per *Albis* alveum.

Eodem anno *Mauritio* jam *Saxoniae* Electore, *Lipsiam* est evocatus, ut & de *Academiarum* instauratione, & ceremoniarum usu deliberaretur. Fuit is conventus primus post Lutheri mortem: nec relinquendæ *Academiae* *Wittembergensis* consilium Melanchthoni tunc persuaderi potuit. Prodiit tunc famosum illud *Interim* dum *synodus* cogeret, propter quod *Mauritius* Elector octo egit anno *quadragesimo octavo* conventus: quibus omnibus, primo excepto, Melanchthon interfuit: scripta etiam omnia, in illis conventibus exhibita ipse composuit, uti & censuram de singulis illius libri capitibus. Accessit domestica calamitas ex obitu filiae *Anne*, quam tenerrimè dilexit. Tulit enim moderatius ejus obitum, quam amici existimarent. Nimirum publica mala vicerunt morsus pri-

vatorum, ut morbi intensi faciunt, ne sentiamus remissiores. Circumferebantur in illis turbulentis & miseris temporibus picturæ, quibus Germanicæ nationi insultabatur, & captivæ illius vincula atque catenæ ostentabantur, quod non potuit non optimi cujusque animum pungere.

Deploravit justis querelis Melanchthon patriæ fatum, cujus sermones nonnulli à *Cæsarianis* malitiosè expositi nonnihil periculi ipsi crearunt apud *Cæsarem*, ut qui unus maxime ejus actionibus in religionis negotio obstaret. Itaque voluit Imperator ut Melanchthon sibi traderetur, sed defensus est pietate & constantia *Mauritii* Electoris. De hoc suo periculo ita ad *Camerarium* † ipse: *Si mihi privatim meo periculo, & meo loco dicenda esset sententia, etiamsi video mihi irasci valde τὸν αὐτοκράτορα, tamen simpliciter & Socratico more responderem, me non assentiri his sophismatibus. Et non assentiar, nec tamen impediam, quo minus suo arbitrio potentes constituent Rempubl. si nostræ administrationes non valebunt. Faciam, donec vivam, quod feci hætenus, dicam eadem, ubicunq; ero, & eandem Dei invocationem in mente circumferam ubique, & dicam usitata modestiὰ ἀνὸν εὐδοκῶν.*

Anno *quadragesimo nono* propter *Interim* tres conventus sunt à *Mauritio* electore coacti: quibus omnibus interfuit Melanchthon. Occupatus fuit præterea in scribendis epistolis de *Adiaphoribus* ad pastores *Ecclesiæ Hamburgensis*: ad *ecclesias in Marchia*: ad *Francofordianos*: in comitatu *Mansfeldico*, & alibi agentes. Respondit etiam publicè tunc primum *Flacio* epistola edita: cum clamitaret ille; & doctrinam mutari, & ceremonias ante abolitas instaurari, ac potius vastitatem fuisse faciendam in templo; & metu *seditionum terrendos principes*.

Contra Melanchthon de doctrina negavit vel mutatum in ea quicquam, vel se probante mutatum iri, in ceremoniis tolerandam aliquam servitutem, quæ tamen sit sine impietate. Quantum autem malorum dederit ille liber *Interim* vel ex his lineis intelligi potest: *Pulsi sunt*, inquit * Melanchthon, *Pastores plures quadragesimis in Sueviâ, & ad Rhenum. Tübingæ nunc, pulsus Pastoribus & concionatoribus, unicus est sacrificulus, qui ut libro Augustano satisfiat, oblationem restituit. Mirum est igitur, cur adhuc atatem auream promittat Islebius, cum manifestè videat vastari tam multas ecclesias, pios & doctos viros exulare cum totis familiis. Tanta calamitates, cum alibi fiant, nos etiam duram servitutem, modo si sit sine impietate, tolerandam potius existimamus, quam discedendum ab ecclesiis.*

Anno *quingagesimo* publicatæ, *Cæsare* urgente, sunt literæ, quibus *synodus œcumenica* à *Julio 3.* Pontifice indicabatur, & *Tridentum* denuo omnes, qui adesse deberent, & à *Paulo 5.* vocati prius fuissent, se conferre jubebantur. Præfinita autem fuit dies *ca lend. Maji* conventui & exordio actionum:

X 3. quibus

In odium Cæs. adducitur Melanchth. Defenditur à Mauritio.

† In epist. Melanchth. ad Camer. pag. 392.

An. 1549. Interim agitatum.

De adiaphoribus vide de conf. Theol. t. 2. p. 105. seq. Respond. Facult.

Mala ex libro Interim.

* Confil. Theolog. pag. 47.

An. 1550. Synodus œcumenica indicata.

Sleidan. l. 2. cap. 636.

Singula...
Causa...
Academ...
An. 1547...
An. 1548...
An. 1549...

quibus Paulina illa synodus continuaretur. Cæsar insuper ordines Imperii omnes accurate & vehementer hortatus est, ne officio suo hic deessent. Mandavit ergo *Mauritius* elector Saxonie Melanchthoni, ut scriptum componeret, quo capita doctrinae cœlestis continerentur, quodque synodo, si quos illuc mittere visum, exhiberetur. Eo confecto libro, jussu Principis Lipsiæ ad octavum Julii anno quinquagesimo primo, omnes Theologi illius ditionis convenerunt, coram quibus scriptum illud lectum, & approbatum est omnibus. Idem factum est per Wirtembergicum opera *Joh. Brentii*, & Saxonicum scriptum Wirtembergici, Wirtembergicum Saxones, utrumque Argentoratenses, cum legissent, approbarunt. Diversis autem scriptis id fieri placuit, ne Cæsar factæ cujusdam societatis conciperet suspicionem. Scriptum illud Melanchthonis evulgatum est titulo repetitæ confessionis Augustanæ.

Synopsis doctrinae Christiana à Mel. conscripserit repeticio confess. August.

An. 1551. conventus Lipsiæ.

Consensus consilii.

An. 1552. Abit ad concil.

Trident. Melanchth.

† Tom. 2. epist. Mel. pag. 246.

Anno quinquagesimo secundo, cum ageretur de diplomate, quo fides daretur ituris ad concilium; Melanchthon cum literis Principis Mauritii in viam se dedit mense Januario; cum jam venissent Tridentum legati civitatum & Wirtembergici. De hac profectio- ne † ipse ita ad Georgium Principem Anhaltinum: *Hæc literas ex aula accepi, in quibus jubet Illustrissimus Dux Saxonie Elector, ut Georgius Major & ego proficiscamur Norinbergam; ubi simus audituri mandata de itinere ad Synodum, quia Dux Wirtembergensis & civitas Argentinenfis, jam miserunt legatos. Cum autem instructionis nulla sit facta mentio, ego recta Dresdam eo, inde scribam ad C. V. Utinam aula non contempsisset illud consilium, quod multis probabatur, ut plurimarum ecclesiarum in vicinis principatibus & civitatibus constituto consensu, communis legatio missa esset. Sed Deo nos commendo. Dictum fuerat ipsis ut Augustæ subsisterent, donec vel à principe Mauritio, vel à legatis ab hoc ad Synodum, literas accepissent, quibus significaretur, quid faciendum ipsis esset. Venerunt igitur Norinbergam ubi publicæ eis aedes adsignatæ, & omnia summæ benevolentia officia sunt præstita, quemadmodum idem Melanchthon * confirmat: *Cum Norinbergam venissemus die 22. Januarii, postridie accepi fasciculum literarum missum à D. Padorno ex urbe Tridento, quibus significabatur adhuc expectari responsonem de fide publica, Scripsi statim nos venisse Norinbergam, & petere ut significet an & quando accedendum sit ad Tridentum: significavi & aule nostræ iter nostrum. Nondum autem vel ex Tridento vel ex aula responsum est. Ita dies jam decem Norinberge commoramur, incerti an & quando procedendum sit. Studia & officia multorum hic erga nos eximia sunt, & D. Sacerrius publice in magna frequentia concionatus est, & aliquoties prelegi. Ac Dei beneficio in hac urbe mediocris est tranquillitas, & docentium consensus.**

Venit Norinbergam

* Tom. 2. epist. p. 246

Interea dum ibi commorantur, & man-

data expectant, rumor spargitur de *Mauritii* expeditione adversus Cæsarem propter Landgravium captivum, quem ipse ex obligatione liberatum ivit. His auditis Melanchthon diutius otiosè desiderare ibi noluit, & à civitate Norinbergenfi amanter ac publico vecturæ munere instructus, ad suos reversus est, qua de re ita † ad eundem Anhaltinum: *Fuisset honestum mitti à multis ecclesiis communem legationem ad Synodum, sicut initio & C. V. visum est. Sed hæc nostra consilia postea, ut scit C. V. spreta sunt. Cum igitur nulli Principes, & nulla civitates miserint legatos, nec nobis mandata aederint ulli, præter Ducem Saxonie Electorem, abhorruì à profectioe, & cum ne curru quidem progredi potuerimus, libenter regressus sum, ac DEO juvante redii Wirtembergam, etsi multi suadebant, ut in patria manerem. Etsi scio multos Tridenti indoctos & malos homines esse, tamen profectus essem eo, si Germania tranquilla esset. Nunc vel mœstria ratio, quod intempestivum esse judicav, dissimulatione in Synodo certare de autoritate & christi, si alibi armis labefactaretur. Opinio fuit multorum, si Melanchthon Tridentum venisset, futurum fuisse: ut audita enarratione doctrinae & causarum, è quibus dissensio orta esset; multorum animi considerassent rectius & judicassent melius de religione nostra.*

iter Theodentium impeditum An. 1552. Tom. 2. epist. p. 246.

Accessit tunc ad clades alias pestilentia malum, propter quod Academia Wirtembergensis *Torgam* est translata, ubi Melanchthon inter alia *Iustini Martyris* librum prælegit, & libellum dictavit, de unionis personali, nondum, quod sciamus, editum. Refutavit etiam scripto Germanico *Osiandri* dogma, quod ipse *Gorgonem Balticam* appellat. Et dicere tunc solebat Melanchthon: *Se non eam pestem pertimescere, sed alias, quæ & infesta essent Reipubl. & perniciem interitumque communem minari viderentur.*

Post illud Wirtembergensis Decretum Torgam in Saxonia Melanchth. Gorgonem Balticam Tom. 2. epist. p. 246.

Anno quinquagesimo tertio de *Stancari* controversia *Dessavia* scripsit: instituit quoque responsonem ad *Schvvenckeldii* deliramenta, rogatus literis Senatus Augustani. Et scripti quidem contra *Stancarum* ipse ita meminit ad * *Camerarium*: *responsonem de Stancari controversia perscripsi, quæ multò est & brevior & summissior, quam postulat magnitudo causæ. Sed hominem iracundum & biliosum non volui accendere. Et epistola † quadam ad Matthesium: ante octiduum elector Marchio vocaverat D. Pomeranum & me, ad cognitionem controversiæ *Stancari*, qui contendit, Christum mediatorem esse, tantum à *Spottin* & *Phis*. Statim intelleximus, & filium electoris, episcopum *Meidepurgensem* mortuum esse, & patrem agrotare. Ita existimò cognitionem impeditam. Nos quidem non profecti sumus. Scripsi tamen meam asseverationem piam, quod Christus sit Mediator, sicut & sacerdos est, secundum utramq; naturam. Sic & *Ambrosius* locutus est, ut ex utraq; natura sit Mediator. Argumenta collecta mutam alio*

An. 1553. Responsonem de Stancari Schvvenckeldii. Tom. 2. epist. p. 246.

† Tom. 2. epist. p. 246. Christum Mediatorem secundum utramque naturam.

tempore. Nunc te oro, ut testimonia in lectione veterum observes de hac questione. Hoc eodem anno, die decimo septimo Maji, cepit dictare *Examen ordinandorum*: quod sequenti anno editum. Scripsit & alia: de quibus **Chronologia scriptorum Melanchthonis*. Nos hoc addimus, amississe tunc Philippum fidelem per annos ferè triginta quatuor ministrum Joannem: ad cuius funus ipse Academicos cives invitavit: virtutes & officia illius prædicavit, tumulum quoque carmine epitaphio ornavit:

Joannes patrii Nicri discessit ab undis,
Huc accersitus voce, Philippe, tua.
Quem comes exilii juvit precibus, fideq;
Nam verè Gnato credidit ille DEI.
Ipsius hic Dominus sepelivit corpus inane;
Vivit, conspectu mens fruiturq; DEI.

Hic cum biduo ante obitum audisset recitari ex carmine Camerarii, quo Wittembergæ discedens amicis valedixerat, distichon quo sui fieret mentio:

Jane ministerio magni spectate Philippi;
Cære mihi, & valeas care minister hero!

erupit cum lacrymis in has voces: *satis ego tibi præmii pro omnibus officiis ex hoc disticho: quo celebror inter summos viros, & à summis, quos habuit Germania*. Secutus est anno quinquagesimo quarto, conventus *Naumburgensis* in Thuringia ad *Sala ripam*, mense Martio: in quo renovatum est à principibus fœdus hereditarium, quod est inter Saxoniam, Brandenburgicam & Hassiacam familiam, jamptidem à majoribus eorum institutum. Eodem placuit venire & Theologos, inter quos *Melanchthon*, *Joh. Forsterus* *Wittembergæ*, *Alexander Alesius* ex *Lipsensi*, *Adamus Craustus*, ex *Hassiacis*: Argentorato *Joh. Sleidanus*. De eo conventu ita **Melanchthon*: *Ut Argonautæ in Syrtibus hæserunt, ita ego in hac via hæreo, cum quidem & negotia mihi multos dolores attulerint. Cum venissemus ad aulam, tria capita proposita sunt, primum de inspectione ecclesiarum, de qua dicebant formam, ut nominant, instructionis nobis indicandum esse. Alterum erat breve, de consistoriis. Tertium, ut nostrum judicium ostenderemus de colonia addita Schola *Misnensi*. Postea cum flagitarem exemplum instructionis; nemo quidquam composuerat. Jubent igitur, ut ego componam. Scripsi formam subito, quæ postridie lecta in consessu, comprobata est. De consistorio vestro Pastor quadam annotavit: de colonia nova nihil respondi. Pastor quadam satis ingenuè dixit. Tertius dies consumtus est in *Diaconi Fribergensis* rixis, qui incurrit asperius in senem Pastorem *Ælium* *Ælium* *Ælium*. Scripsi etiam responsonem inferendam litteris Principis ad Ducem *Borussie*, qui petit prohiberi editiones & conciones, in quibus mentio fit *dissensionis Baltica*, Eodem anno *Melanchthon* scriptum edidit, de *Serveto* apud *Genevenses* supplicio affecto: cuius **meminit* epistola quadam ad *Bullingerum* his verbis: *Legi qua de Serveti blasphemis, respondistis, & pietatem ac judicia vestra proba. Judico etiam senatum Genevensem recte fecisse, quod hominem pertinacem & non omisurum blasphemias sustulit. Ac miratus sum esse, qui severitatem illam improbant. Mitto de ea questione breves pagellas: sed tamen sententia nostra testes.**

Exarserunt deinde passim certamina *Osiandrica* & *Flaciana* planè gladiatoria, ac illa quidem *Norinbergæ* tanta exstiterunt, ut ferri in civitate pacata diutiùs non possent. Itaque à *Melanchthone* petitum est non jam consilium, quòd ante dederat: sed auxilium, quod perturbatæ ecclesiæ ferret. Impetrata ergo ab *Augusto Electore Saxonie* venia eò profectus est, Comitibus *Alexandro Alesio*, *Joachimo Camerario*, & tum forte hospite *Jacobo Rungio Pomerano*. Anno Christi millesimo, quingentesimo, quinquagesimo quinto, sedata est ea controversia ibi, ut quieta illa deinde fuerit civitas, & *Melanchthon* complexus est scripto dogma, brevi illo quidem: sed disertò & illustri, sine ullius reprehensione aut infectione: sed simplici veritatis oratione, qua asseruntur probata, & refutantur damnata.

Inde domum reversum exceperunt *Flaciana* dissidia & turbæ. Nam *Flacius* jam non solum ad vulgus, sed & apud principes viros, gratiam collegerat. Itaque latè *Melanchthoni* leges, quibus gratia reconciliari posse videbatur, & ipse *Flacius* non dubitavit propius accedere, atque ad colloquium *Melanchthonem* evocare. De hac controversia tum alibi, tum † epistola ad *Joh. Mathesium* conqueritur: *Mitto tibi concionem in his feriis amico scriptam. Hæreses magnas illustrare, quæ invocationem ostendunt, utilius est, quam cum echidna Illyrica certare, cujus venena vires honestos existimo detestari. Non enim pugnat de ullo doctrinæ capite. Sed narrationes scribit, calumniarum & mendaciorum plenas, quibus utrumq; agit: ut me populo invisum faciat, & accendat contra me illos ipsos, qui nunc ei præbent hospitium. Sed Deus *καθ' ἑωυτοῦ* defendet me contra hunc calumniatorem. Et ad ipsum *Flacium*, verba hæc sunt *Melanchthonis* summæ & mansuetudinis & humanitatis **plena*: *Ajax apud Homerum prælians cum Hector, contentus est, cum cedit Hector, & fatetur, ipsum victorem esse. Vos sinem nullum facitis criminandi. Quis hoc hostis facit? ut cedentes & arma abjicientes feriat? vincite, cedo, nihil pugno de ritibus illis, & maxime opto, ut dulcis sit ecclesiarum concordia. Fateor etiam hac in re à me peccatum esse, & à Deo veniam peto, quòd non protul fugi illas insidiosas deliberationes. Sed illa, quæ falsa mihi à te & Gallo objiciuntur refutabo. Acta autem ipsa inter *Flacium* & ejus adflectas, atque *Melanchthonem*, epistolas item *ἀποκαταξ*, & articulos ab *Illyrico Cosvigam* allatos, cum *Melanchthonis* explicatione qui desiderat, evolvat **consilia Theologica Latina à Melanchthone scripta, & à***

Bella Osiandrica & Flaciana.

Norinbergam evocatus Mel. An. 1555.

Sedit controversiam Osiander. Consil. Theolog. p. 203.

Flacium oppugnat Melanchth.

† Est. t. 2. Consil. Th. p. 257. Querela Melanchth.

Mansuetudo & humanitas Mel. * Consil. Th. p. 255.

Acta inter Flacium & Melanchth.

* Consil. Th. parte 2. p. 265, seqq.

Christ. Pezelio ad magnificum Joachimum à Berge Silesiæ lumen, omniumque eruditorum Mærenatem missa: ubi & epistola Melanchthonis ad hanc ipsum Bergerum, Basilea Helvetiorum tunc studiorum causa agentem, lectu digna, & jucunda. Nos historiam vitæ persequemur, ubi hoc indicaverimus, anno quinquagesimo sexto quæstiones undecim à Maximiliano tunc Rege Bohemiæ per Richterum J.C. ad Melanchthonem missas de objectionibus quibusdam Pontificiorum ac precipuis capitibus controversis: ad quas eodem anno Melanchthon respondit, ut meminit * epistola quadam ad Camerarium: Non poetica carnificina apud inferos, pares sunt mea carnificina, qua excrucior scribendis disputationibus, legibus, præfationibus, epistolis. Nunc respondeo optimo juveni *ἡ ἐξ ὀντι ὄνομα ἰδὲ δε τοῦ τ' οὐμῖον*, & volumen mitto. Hæc in Pomeraniam controversia Stetinensis adjudicationem misimus. Et alibi epistola ad Hardebergium: De hac totare, vel in Synodo, si procedet, vel alias tecum coram loquar, quia nec literis ista committere possum, & jam alio magno labore occupatus sum in responsione adornanda de multis doctrine articulis, ad quemdam potentem & bonum principem. Istas responsiones decennio post auctoris obitum curavit Nicolaus Selneckerus Lipsia excudendas; sed nulla facta mentione principis, ad quem missæ essent, saltem hoc titulo præfixo: Christlicher und gründlicher Bericht / auff etliche gemeine Haupt-Fragen und Objectionen der Papisen und anderer / von den fürnehmsten Stücken der streitigen Artickel / gestellt durch den Ehrwürdigen / hochgelahrten Herrn Philippum Melanchthonem.

Anno illo, quo cum Flaciana præcipue egit factione, qui fuit quinquagesimus septimus, inchoatum est colloquium in urbe Vangionum de controversiis ecclesiasticis, præside Julio Pflugio episcopo Naumburgeri, cui additi assessores pars Pontificii, pars Evangelici: in quo Melanchthon postremo cum Pontificiis est congressus. Ibi initio erudite disputatum de norma judicii in ecclesia fuit, quam Pontificii statuebant perpetuum consensum, seu consuetudinem, Evangelici Prophetica & Apostolica scripta & symbola. Hæc cum essent disputata, petiverunt Pontificii condemnationem Zwinglianorum, ut vocabant, Osiandri, Flacii, aliorum. Quod cum Jenenses fecissent, discesserunt, atque ita optatum Pontificiis inter evangelicos dissidium est enatum. Præses itaque idem ad Regem Ferdinandum retulit, qui progredi in colloquio eos, qui remansissent, voluit, & satis esse respondit, si condemnationes ordine adponantur ad articulos singulos. In dilatione ista actionum, Melanchthon Heidelbergam est accersitus, ab Othone Henrico Electore Palatino: ut de Academiæ constitutione, eo præsentem, deliberaretur. Ibi dum agit, nuncium accipit de obitu uxoris suæ, quem ei attulit una cum literis Academiæ Wittembergenfis Joachimus

Camerarius, exoratus ab amicis, ut eò iret, suaque præsentia luctum levaret. Aperuit autem ipsi domesticum casum in horto principis, ad quem nullam dedit vehementioris doloris significationem, sed nominatim mortuæ valedicens, hoc saltem addidit: sese eam brevi subsequiturum.

Fuerat cum ipso nupta anno viceesimo, nuptias conciliante potissimum Luthero, propter causam, quam epistola quadam innuit * ad Spalatinum: de stipendio Philippi non scribo ad principem, si tu non satisfueris. Quam antea in eam (rem) scripsi, feci ut homini nulla esset occasio migrandi unquam à nobis. Denique, ut uxore ducta diutius viveret, egi propter evangelii incrementum. Et alibi ad J. Langum: Philippo ducitur Catharina Crappin, quod me autore agi clamant. Ego homini, si qua sunt optima, facio, nihil moratus universorum clamorem. Deus bene vortat! Nuptiæ celebratæ eodem tunc anno, de quibus ita Lutherus: Nuptiæ Philippi altera Catharina erunt, ita festinare cogit linguarum malarum periculum. Interfuerunt cum aliis honestissimis & eruditiss. viris parentes Lutheri & sorores.

Factus est ex ea pater duum filiorum, ac totidem filiarum, quarum altera Sabino, altera Pencero elocata. Obiit autem illa anno quinquagesimo septimo die undecimo Octobris, postquam cum marito pie & amanter vixisset annos triginta septem, matrona ornatissima atque ipsissima Thabita, cui ejusmodi est epitaphium scriptum:

Proximus hic tumulus Catharina contigit ossa,
Que Crappo quondam consule nata fuit.
Conjugio casto fuerat qua nupta Philippo:
Ex scriptis cujus nomina nota manent.
Virtutes habuit donatas numine Christi,
Matrona Paulus quas docet esse decus.
Hic absente viro sepelivit filia corpus:
Vixit, conspectu mens fruiturq; D E I.

Vixit deinde viduus ad finem usque vitæ Melanchthon, & solenne suum obtinens, tum in schola juventutem erudit, tum scripta uilia elaboravit: & anno quidem quinquagesimo octavo Staphylli & Avii Pontificiorum criminationibus respondit: Chronicorum itidem partem primam foras dedit, de quo labore ipse ita ad Abdiam Pratorium: Propter adolescentes repetivi in scholis seriem veterum Imperiorum, quam certe prodest illi aetati proponere. Utinam ad narrationes ipsas, perpoliendas plus & temporis & eloquentiæ mihi contigisset. Sed spero alios & feliciores & magis disertos hoc exemplo excitatos, meliora scripturos esse. Anno sequenti inter alia scripsit Græcæ epistolam ad Josephum Patriarcham Constantinopolitanum, per Demetrium Diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui venerat Wuttembergam, & ibi per semestrem commotatus fuerat, ut cognosceret doctrinam illatum ecclesiarum, cujus explorandæ causa profectionem susceperat. Ad illam epistolam addidit Philippus exemplum

An. 1556.
Quæstiones undecim à Maximil. proposita Melanchth.

* In epist. Melanchth. ad Camer. p. 702.

Respond. Melanchth.

Edita illa responsiones.

An. 1557.
Colloquium Wormat. postremum

Interrumpitur colloquium.

Heidelbergam evocatur Melanchthon.

de uxore obitu

Conj. Melanchth.

* Tom. 1. epist. Lutheri pag. 181.

Tom. 2. Me.

Tom. 1. ep. p. 277.

† die 11. Novemb. Tom. 2. epist. Lutheri pag. 7.

Epitaphium uxoris Melanchth.

An. 1560.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Tom. 1. Me.

Confessionis Augustanae Graecum, nomine Dolfii editum, sed à Philippo compositum, de quo ita in quadam ad Bordingum epistola: *Mitto tibi interpretationem Graecam confessionis, sine meo consilio editam. Probo tamen phrasin, ac m si Constantinopolin per virum doctum, qui ibi Diaconi officio fungitur, & tota aestate noster hospes fuit, ac narravit, multas adhuc ecclesias in Asia & in Thracia & vicinis regionibus esse, sed paulatim propter servitutis crummas diminui frequentiam. Respondit eodem anno ad decretum Abbatum Wirtembergensium, cujus quæ summa fuerit, ipse indicat.* * epistola ad Cracoviam: *Respondi, inquit, breviter, ne quid novi moliri videar, affirmo me prorsus retinere formam verborum ante multos annos editam in examine ordinandorum, quod in multis gentibus legitur. Papisticos vero & Methonios, & Abbatum Wirtembergicorum, & Westualii, Sarcerii, & similium articulos in hac causa manifeste pugnare cum veteri puriore ecclesia, meq; offero ad declarationem, & de hac causa, & de aliis propter quas crudeliter laceror à multis hostilibus exercitibus, jam enim & scurra Berlinensis novum bellum movet, quod ecclesiam nomino cœcum visibilem. Scripsit & iudicium de controversia cœna ad inclitum principem Fridericum III. Palatinum electorem, quod postea evulgatum varieque est acceptum. Absolvit & responsionem ad articulos Bavaricæ inquisitionis: quam solitus fuit nominare suum testamentum.*

Anno sexagesimo, qui ipsi fatalis, scripsit orationem ultimam de verbis Davidis: *Asspicis me in forma hominis, qui in excelsis es Jehova Deus: non sine prælagio mortis, ultimam etiam epistolam scripsit ad Joannem Aurifabrum Vratislaviensem, tunc in Borussia degentem. In illa epistola inter alia hæc sunt verba: Illustrissimo Principi Borussia tanquam mori urus commendavi doctrinam tuam, & de consensu plurimarum ecclesiarum vero & pio scripsi. Hanc doctrinam tibi quoq; commendo. Lectionem denique ultimam habuit die duodecimo Aprilis: in qua explicavit Jesaiæ verba illa: *Quis credit sermone nostro?* Exinde febrim hemiticam laborare cepit, qua vires corporis paulatim absumtae sunt. Perstitit ipse tamen in laboribus officii sui: adeo ut & scriptum composuerit, die Pascha tunc proponendum, & die decimo quarto Aprilis ad lectionem publicam descendere voluerit, dehortante Camerario, qui invisendi causa ad eum Lipsia excurrerat, quo cum inter alia de dicto Paulino contulit ex epistola ad Philipenses: *ἐπιθυμῶν ἕχων εἰς τὸ ἀναλδοῦν;* ac quaesivit ex eo de significatione verbi istius. Viginti novem ante mortem horis testamentum, cum prius illud inter chartas non reperiretur, describere cepit, quod non absolvit. Initium ejus est ejusmodi: *Anno 1560. die Aprilis decimo octavo scripsi hoc testamentum in meo morbo breviter de iis reliquiis facultatibus, quas mihi Deus dedit. Confessionem fidei, & gratiarum actionem ad Deum, & Domi-**

*num nostrum Jesum Christum scripseram antea bis, sed charta sunt intercepta. Volo tamen confessionem meam esse responsiones de Bavaricis articulis contra Pontificios, Anabaptistas, Flacianos, & similes. Tandem die decimo nono Aprilis dodrante post sextam vespertinam elapso, placidè expiravit inter preces, & vota serena, cum vixisset annos sexaginta tres, & dies totidem, docuisset Wittembergæ totis quadraginta duobus * annis. Exuviae organi Dei die vicesimo primo Aprilis in templum, quod ad arcem Wittembergensem est, delatae, & prope Lutheri corpus, cui in vita & ætæ, sepulta sunt. Epitaphium è regione Lutheri laminæ aeneæ inscriptum est ejusmodi:*

*Vitam, fortunamq; suas, studiumq; laboris,
Quiq; opera sanctam consiliq; fidem
Impendit divina tuis, Ecclesia, rebus,
Teq; pius varia juvit & auxit ope:
Hac in parte sibi post mortem structa Melanchthon*

*Communi in luctu busta Philippus habet.
Quæ templi foribus magni vicina Lutheri
E regione solum, quod tegit ossa, videt.
Bretta hunc vitales natum produxit in oras,
Bretta Palatini limes amœnus agri.
Unde propinqua petens adiit bonitate suorum
Diverso Aonidum templa sacrata loco.
Ludus enim puerum accepit Phorcenidos urbis,
Eytelbergiaci mox schola gymnasii.
Doctrina hinc fecit juvenem alma Tubinga
magistrum,*

*Eximium laudis gessit ubi ille decus.
Inde triumphator Monachorum Capnio iussit
Albidos hunc ripam visere Saxonici.
Tunc nova Dux Fridericus ubi collegia Musis
Romani fundans ensifer Imperii.
Undiq; conductis præstanti laude parabat
Artis & ingeni reddere clara viris.
Hic socio ipso amnis viginti octog, Lutheri
Wittembergiaca res fuit ampla schola.
Quam septem bis adhuc provexit deinde gubernans,
Fluctivagam ut vastum per mare nautam
ratem.*

*Heu tempestates quas hic perpeffus, & ad quàm
Savos hac scopulos ætæ carina fuit!
Quantum externi odii, quantum invidiæq;
suorum,*

*Ingratorum hominum qua maledicta tulit!
Ipse tamen, quamvis resiant bus undiq; ventis,
Directum est, retinens vera, secutus iter.
Fortia nec clamor latrantis pectora turba
Nec vulgus strepitum movit inane suo.
Summa petit livor, nemo hunc superare nisi
ipse*

*Posset, si studiis otia suppeterent.
Ista sub obliquo norunt quoq; sole locati,
Quiq; sub opposito forsitan axe jacent.
Scripta sed illius memorabilia inter & ætæ
Plurima, qua solida nomina laudis habent:
Unum opus eximium est. Fidei confessio sanctæ
Ante tuos, Casar Carole, lecta pedes.
Languida qua Christi jam dudum ecclesia nitens,
Rursum oculos audent tollere lata suos.*

Placidè
expiravit.

* Cranium
in summi-
tate per
aliquot
horas fuit
calidum.
Funus ei
factum.
Epitaph.
positum.

Concurrant inimici omnes licet undique, hic
unus

Confutare potest improba dicta liber.
Ac tua nunc terris floret bona fama, Philippe,
Vivit & aeternum spiritus ante Deum.
Corpus at exanimatum tumulo hoc requiescit
humatum,

Condecorant grate quem monumenta scholae,
Ille quod expletis, senio curisque gravatum,
Sexaginta annis, exiit atq; tribus.

Sic, morbo ut paucis nisi debilitante diebus,
Muneris officium fecerit omne sui.
Atque olim aetherias venies revocatus in auras
Integer, & mortis liber abinde metu.

Sancte vir, & salve pater optime, Te tua
semper

Nos soboles merita religione colet.
Doctrina nobis vera tu doctor & autor:
Hac, tua, clare, etas munera laudis habet.
Salve iterum atque iterum. Tua nos immota
manebit

Semper apud memores gloria, nomen, honos.

Acad. Witteb. Phil. Mel. parenti & præ-
cept. optimè merito pos. Joach. Cam.
S. S. M. F.

Quemadmodum autem ipse vivens sæpe
dixerat: se mortuum laborem relicturum poe-
tis, amicis autem ἀγάπη ἐπιτέθειον: ita &
factum. Peculiari enim libro collecta pro-
dierunt varia variorum epicedia & elogia:
quæ qui volet, perlustret: nos unum atque
alterum decerpemus.

* J. Mathes.

Flos jacet hic mellis nigra tellure Melanch-
thon:

Apes dolete sedula:

Unde bonus spirabat odor, pia mella fluebant:
Pia fleant ecclesia,

Lenta febris potuit parvum comburere florem:
Lugete parvi flosculi.

Nulla viri famam poterit delere vetustas:
Faci leves facessite.

Semper aves flavo distendent nectare cellas;
Qua nunc stetit flos mellens.

Semper humus suaves illic diffundet odores;
Qua nunc jacet flos parvulus.

Sed cum summa dies optato illuxerit ortu;
Flos hic virebit aenuo:

Et reliquas inter bene olentes pulcior herbas
Christi nitebit vertice.

J. Stigel.

Fons latet hoc tumulo: quid quaris amice
viator?

Fons dogmatum piorum & eloquentia:
Si quis ab hoc rivum proprios deduxit in
hortos,

Non aureas huic præferat pyramides,
Illius obstruētes doleat Germania venas:
Parem futura non habebunt secula.

Theodor. Beza:

Et tu igitur tandem tumuli sub mole repostus,
Pie ô Philippe, nunc jaces.

Et quam invidisti vivus tibi tute quietem,

Cunctis quietem dum parvas,

Ipsa tibi cura & sancti peperere labores,

Carum ô bonis cunctis caput!

At tu funde rosas, funde isti lilia tellus,

Ut lilia inter & rosas,

Quo nil candidius fuit & nil suavius un-
quam,

Recubet Melanchthon molliter.

Et gravis huic ut sis, caveas juvenisve se-
nexve,

Qui nemini vixit gravis.

Huic viro, omnia quæ ad summam lau-
dem optari ab homine possunt, Dei beneficio
obtulerunt. Puer infantia opinionem: pueri-
tia adolescens, adolescentia vir superavit ad-
miratione omnium; quam ipsam vicit senes-
centis ætatis quasi viriditas mirabiliter ope-
rosa: nullo in munere exequendo languida:
atque in occupationibus consuetis perseve-
rans. Hinc inde ab initio Evangelii semper
fidus Lutheri Achilles fuit: suaque industria
atque eruditione Wittemberg cam Acade-
miam præcipuè sustinuit: nec passus est vel
bellis civilibus, vel intestinis odiis sese ab ea
abstrahi: binas, ternas, quaternas quotidie
scholas habuit easque frequentissimas, nul-
lam autem horam vacuum à legendo, scri-
bendo, differendo, consulendo &c. Hinc* Lu-
therus ita ad Spalatinum: De Philippo nostro,
nec ipse statuo, quod ad Plinium pertinet: Pau-
lum ad Romanos legit longè majore utilitate,
quam Plinii multi valeant, & tribus lectio-
nibus publicis, unum caput gravari per diem, tu
cogita quid sit: ne hominem extinguamus. Et
* alibi quasi stomachans: Vellem te adhuc de-
cies plus obrui, adeo me nihil tui miseret, qui
toties monitus, ne onerares te ipsum tot oneri-
bus, & nihil audis, omnia bene monita con-
temnis. Erit cum serò stultum tuum hunc xcu-
lum frustra damnabis, quo jam ardes solus
omnia portare, quasi ferrum aut saxum sis.
Voluit idem Lutherus dum in eremo latuit,
ut Melanchthon ad populum conciones ha-
beret diebus festis, etiam si unctus ac rufus non
esset, & insuper conjunx. Verè, inquit, est
Sacerdos, & agit de facto sacerdotem. Erudi-
tionem autem ejus quanti fecerit ex * istis
apparet: Philippi positiones vidisti aut nunc
vides audaculas, sed verissimas. Ita respondit;
ut omnibus nobis esset id quod est, scilicet mi-
raculum: si Christus dignabitur, multos ille
Martinus præstabit, diabolo & scholastica
Theologia potentissimus hostis: novit illorum
nugas simul & Christi petram, ideo potens po-
terit, Amen. Et * alibi: Redeo ad Philippum,
quem tantum abest, ut nullus Eccius mihi red-
dere possit invidiosum, ut in omni mea pro-
fessione nihil ducam antiquius Philippi cali-
culo, cujus unius judicium & autoritas mihi
stant pro multis millibus sordidorum Eccio-
rum. Neque me pudet, etsi magistrum artium
Philosophia & Theologia, & omnibus pene Ec-
cii titulis insignem, si hujus mihi Gramma-
rista dissenserit ingenium, meo sensu cedere.
Quod

Aliorum
in Me-
lanchth.
epicedia.

* Dubi-
tam an
Mathesi
vel I. Ma-
joris sit.

Deest
Melanch-
thon.
Lutheri
fidus
Academ.
Witteb.
columna
Tom. 2.
Ma-
th. 10.
Lutheri
fidus
Academ.
Witteb.
columna
Tom. 2.
Ma-
th. 10.
Lutheri
fidus
Academ.
Witteb.
columna
Tom. 2.
Ma-
th. 10.
Lutheri
fidus
Academ.
Witteb.
columna
Tom. 2.
Ma-
th. 10.

Quod & sapius feci, & quotidie facio, ob divinum donum, quod Deus in hoc fictile vas uolum (Eccio quidem contemptibile) larga benedictione infudit. Ad ipsum autem Melanchthonem ita alicubi: Non probo tuam timiditatem, cum & majori tam spiritu, quam eruditione polleas, quam ego &c.

Nunquam affectavit titulos nunquam honores ambiit, aut opes: imò negligentiusculè alicubi visus est rem domesticam curare. De titulis ipse * ita: ille adolescens, quisquis est, si non habet certam conditionem, meo iudicio rectius faciet, si non properabit ad gradum. Tulus aliquid habet oneris. Vides meam exemplum, nemo me percellere potuit: ut illum, quamlibet honorificum titulum Doctoris, mihi decerni sinerem. Nec ego gradus illos parvifacio, sed idèo, quia iudico esse magna onera & necessaria republ. verècundè petendos esse, & conserendos, sentio. Et ad Hubertum Languetum *. Querant alii regna & potentiam, nihil hac ad me pertinent. &c.

In publicis illis conventibus quantum præstiterit, nemo nisi prudens rerumque peritus æstimare potest, & sunt in medio confessio Augusta exhibitæ, ejusque Apologia; acta Ratisbonensia, Wormatiensia, Smalcaldica, confessio ad synodum Tridentinam: quæ omnia ad universam ecclesiam & ad imperium Romanum pertinent: atque ingenium, sapientiam, eruditionem singularem requirunt. Scripsit Locos communes: enarravit symbolum Nicenum, epistolam ad Romanos ferè decies totam, de qua solitus fuit dicere: hæc epistola est confessio nostrarum ecclesiarum: artes ferè omnes methodicè comprehendit, & perspicuis exemplis illustravit, ut taceamus lectiones, quas aliis tum Wittembergæ tum alibi, præscripsit: orationes, carmina, epistolas infinitas. Affirmat * Camerarius: visas esse chartas cum humidis adhuc literis reliquis afferris, qui jam pronunciare composita ab eo priora cepissent. Causam sacramentariam ex professo quidem non tractavit, tanquam Lutheri propriam, & ad ejus mentem, sed tanquam communem Lutheri cum Pontificiis: adversus quos serio semper urfit, & in publica doctrina nihil prætermisit, quod esset necessarium cognoscendæ veritati. Interrogatus aliquando à Mordisio: cum sententiam suam ea de controversia non explicaret? Faciam hoc respondit: sed dimittite me ex his terris. Instante illo, cur non facis nobiscum? non, inquit, tibi ignotum est, quæ & quanta obstant impedimenta. Sed dimittite me obsecro.

Certum est autem Melanchthonem suam sententiam de cæna à Lutheri non celasse. Nam cum anno quadragesimo primo ad colloquium Ratisbonense iturus, sententiam suam testimoniis veterum Patrum tam Græcorum quam Latinorum munitam Lutheri, ut solebat, exhibuisset: Lutherus glossas quasdam iis dictis, quæ adversari suæ sententiæ videbantur, adscripsit. Tum Melanchthon, D. Doctor, inquit, & ego scholia ejus-

modi possem ipse adjicere, sed firma satis non sunt. Cui Lutherus: tute facies, quod rectum erit. De antiquitate autem testimoniorum illorum nihil aliud Lutherus dixit, quam hoc, vix credibile, talem errorem tam diu in ecclesia habuisse. Cui subjecit Melanchthon: si te hic longinquitas temporis movet, cur non & in aliis erroribus longè vetustioribus? Ad Camerarium etiam ita de eadem re * Melanchthon: διελχθω ἡ πάλαι λυθίση πολλὰ πάλι λυθίση, ἡ πάλαι τῆς ἀποδόξε ὑπόλων δογματικῶν συμμιξέως τοῦ ἀρετῆ καὶ σώματος ἡ χριστοῦ ἀλλ' ἐκεῖν ἀπεκρίνατο ῥητικῶς διακουεζόμενος ἡ διαβεβαίων, ἀπερ' ἡδὲ καὶ πρὸς τὸν: hoc est: Dispntavi autem cum Luthero multa de synaxi, & illà admirabili, quam aliqui asserunt, permissione panis & corporis Christi Atq; ille respondit planè, & constanter affirmans eadem fere, quæ prius.

Pro omnibus autem laboribus mercedem mundi retulit, reprehensiones, accusationes, injurias, convicia. Ac singulari quasi fato hoc ipsi impositum fuit, male audire, & calumniis proscindi. Jam dictus fuit facere cum Pontificiis, adeoque galorum Cardinalitium ambire: jam Wittembergæ abiisse dissidentem à Lutheri, jam colludere cum aliis, jam frigus esse & glacies, & in hac palæstrâ totâ ipsi vita consumpta est, unde sæpe cum gemitu illud repetivit, calumnia conturbat sapientem, & frangit robur cordis ejus. Ingratorum etiam cuculorum habuit fati, qui ipsius vitula ararunt atque etiamnum arant, sed gratiam minime dignam retulerunt referuntve. Anno quinquagesimo quinto cum inter studiosos tumultu orto, post horam noctis decimam, ipse cum famulo prodisset hortaturus eos, ut tumultuati desinerent, ac tranquilli domum redirent, quidam petulantior stricto in utrumque gladio impetum fecit, extrema quæque minatus. Eum Academia ad octennium relegavit. A Flacianis autem tot ac tantas plagas accepit, ut exilium in dies expectarit. Itaque ad Hardebergium suum sæpe ita questus est: Non frangor animo, propter crudelissimam vocem meorum hostium, qui dixerunt, se mihi non relicturos esse vestigium pedis in Germania Commendo autem me filio Dei. Si solus expellat: de crevi Palestinam adire, & in illis Hieronymi latebris, in invocatione filii Dei, & testimonia perspicua de doctrina scribere, & in morte Deo animam commendare. Et alibi: "Avidè & tranquillo animo expecto exilia, sicut & ad principes scripsi. Dixerunt adversarii, se perfecturos esse, ut non sim habiturus vestigium, ubi pedem collocare possem in Germania. Utinam hoc citò perficiant, ut filius Dei ad Judam dicit. Erit mihi vel in cælo vestigium morienti, vel si vivam in hoc corpore, apud honestos & doctos viros, vel in Germania, vel alibi. Ac stultitiam inimicorum miror, qui s. dominos Germania esse existimant, & me his minis terreri. Idem alibi: Incitantur adversum me Regum & Principum animi, cum

* In epist. p. 113.

Merces Melanchthoni relata.

Ingrati Melanchthoni discipuli.

Gladio appetitus Melanchthoni.

A Flacianis vexatus.

Exilium Melanchthoni expectat.

* Tom. 1.
enarrat.
evangel.
pag. 358.

Etiam
mortuus
laceratur.

Valetudo

Melanct.

* Tom. 2.
epist. pag.
355. b.

Chama-
leon her-
ba.

Vita inte-
rior Me-
lancths.

* In epist.
p. 47.

Dieta
Melanct.

* An. 1557.
in colloq.
Worm.

Matthef.
12. conc. de
Luth. p. 139

quidem nihil ediderim contra ipsorum sententias. Imò publicè non dubitavit affirmare*: Ego jam sum hic, Dei beneficio, quadraginta annos, & nunquam potui dicere aut certus esse, me per unam septimanam mansurum esse. Et cum alias in vivis livor pascatur, post fata autem quiescat, in ipsum etiam mortuum immanitas multorum sua tela intendit. Notum est enim alicubi decretum factum: auctoritatem scriptis Philippi eam, quam habuissent, adimendam esse: ac talia $\delta\upsilon\sigma\phi\mu\alpha$ multa sunt, de quibus præstat tacere.

Valetudine usus est tenui, & cholica interdum laboravit, de qua ita * Lutherus: *Quod cholica te discruciat, doleo, oroq; Christum quantum possum, ut te sanet & servet. Nam te superstitem mihi valde cupio in tantis perturbationibus ecclesia, ut sint adversus Sathana furores inestimabiles aliquot reliqui, qui se pro domo Israel muros opponant, in hoc die furoris Domini, visitantis nostram, sicut dignum est, ingratitude.* Interdum etiam hypochondriacis doloribus est conflictatus, quos usus herbæ chamæleontis mitigavit, cujus remedii efficacitatem sæpe prædicavit. Cerebrum habuit firmissimum, quod nisi tale fuisset, tantos ille & tantarum occupationum labores per tot annos sustinere minime potuisset, & in ultimis morbi sui diebus ad filiam testatus est, se Dei beneficio capitis imbecillitatem nec

sensisse, nec sentire ullam. itaque non defuerunt, qui & tunc vitæ extinctionem metuerent duriorē, & $\chi\epsilon\iota\omega\upsilon$, ut Aristoteles appellat, non senilem $\mu\epsilon\lambda\epsilon\gamma\omega\upsilon\upsilon$. In victu fuit paucis contentus, in omni vita verecundus, in vestitu valetudinis rationem habuit, ac binis semper interulis usus, sagax futurorum atque ut Græci vocant $\epsilon\upsilon\delta\upsilon\beta\omega\upsilon\gamma$, liberalis erga omnes, comis, & humanus $\omicron\mu\iota\lambda\iota\tau\eta\kappa\omicron\varsigma$, unde ita ad Georgium Cracovium: *Etsi ad convivium propter imbecillitatem meam, non libenter accedo, tamen quia sermonum communicatio grata est, quocumq; tempore ea frui possum, libenter ad te venio. Pater $\epsilon\upsilon\sigma\omicron\gamma$ maxime in filiam Annam Sabino nuptam, de qua ita ad Camerarium*: *Etsi doleo longius a me filiam, cujus mihi virtus non rarò moestitiam lenit, abduci, tamen in tantis miseriis publicis hæc privata mediocriter ferenda esse duco, & Deo eam commendo. Memini cum infantula mihi lacrimas à genis detergeret suo indusulo, quo uno erat induta mane.**

Hic gestus penetravit in animum meum, ut non putem fuisse $\alpha\sigma\iota\omega\upsilon$. Multa etiam graviter ac piè dixit, ut ad quendam * Italum: *Vos Itali vultis Deum habere in pane, quem non creditis esse in cælis, ad alium, qui à curis eum dehortabatur: Si nihil, inquit, curarem, nihil orarem. In quibusdam nuptiis gratias iussus agere convivis, ibi ita: Fuit Tubinge sacerdos, qui hisce exordiebatur suam concionem: Vos me non libenter auditis, & ego non libenter concionor: non igitur vos tenebo. Magnifice Domine Rector, vosq; ceteri, sponsus gratias agit, rogat boni consulatis, & ad canam redcat. Dixit etiam, nullum homi-*

nem tantum sustinere malorum, quantum contumeliarum DEUS. Voto hoc est usus quasi proverbiali, quicquid diceret vel ageret privatim & publicè in lectionibus: Deus nobis adsit, & sit nobis propitius: Unser Herr Gott helff / und sey uns gnädig: Tres labores affirmavit esse difficilimos, regentis, docentis, parturientis. Studiosos tribus potissimum conflictari morbis, paupertate, scabie, pituita.

Ad mortem maturè se paravit; & aliquot ante obitum annis à poëta, familiari suo petivit, cum Lipsiæ esset, ut sibi mortuo epitaphium scriberet, breve quidem & simplex: atque exempli loco hoc distichon pronuntiavit:

*Iste brevis tumulus miseri tenet ossa Philippi:
Qui qualis fuerit nescio, talis erat.*

Ibi alter: *unum tantum verbum in tuis versibus mutare liceat, & habebit epitaphium sepulcro tuo non indignum: ut pro talis scribatur magnus.* Ad Hardebergium autem ita scribit: *Hic annus climactericus in hoc astu valde languescit corporis mei vires, antea quoq; multis arumnis debilitatas. Cedam autem libenter ex horum temporum Sophistica.*

Concludimus hanc narrationem de Melanchthone ipsiusmet Melanchthonis verbis ad Camerarium: *De precatione plena sinceri amoris erga Deum & erga nos, missa per Franciscum & tibi & amicis gratias ago. Et scio gemitus & vota tua & nostra non esse irrita. Etsi autem sepe desideravi, ut docti & boni de universa doctrina colloquerentur, & relinquere posteritati vera, simplex, explicata, multorum eruditorum & piorum testimoniis exposita sententia in omnibus articulis, tamen id tempora impediunt. Interea quantum potui curavi, ut res necessaria mediocriter explicarentur. Non opes, non gloriam, non voluptates quaerere, imo nec $\phi\iota\sigma\upsilon\lambda\iota\alpha$ motus sum ulla. Hanc conscientiam aufero quocumq; discedo. Judicium autem magni Scaligeri de hoc viro præteritæ silentio nefas ducimus, quod ad omnem memoriam tale* reliquit: *Ne Melanchthon quidem abhorruit ab ea laude, quæ ex poeticis artibus comparatur. Tamen nonnulli ejus populares insanis quibusdam præceptionibus & Christiana republica poetæ exigendos exclamarunt: quorum barbarissimam amentiam non vertis: neq; enim nugis aut clamoribus vinci queunt; sed contrariis affectionibus doctissimi quoq; damnavit. Illius igitur ingenium magnum, atq; ad omnia comparatum intelligemus ex us poematis, quibus solis lunæq; defectiones cecinit. Nam & tempora varie describit eadem versibus luculentis, & eodem nitore præsentia stant, cujus vestigia sequuti sunt non ignobili ingenio Germani aliquot, Stigelius, Amilius, Aconius, Volffius, Camerarius. Idem Philippus in Epigrammate jucundus, atq; festivus. Nam aliorum ingenia Germanorum rarò quicquam scribunt, quin jocosum aliquid agant, quò sit ut risus è vulgo, non admiratio à sapientibus sequa-**

tur. *Qua tamen verterunt Graeca (iis enim gens illa dedita est imprimis) non invita Minerva faciunt.* Scaligeri iudicio addimus *Erasmianum*; quod tale: *Philippus, inquit*, Melanchthon praeter insignem eruditionem & raram eloquentiam, habet gratiam quandam fatalem, quam genio suo debet potius, quam ingenio, ut cum sit omnibus candidis gratissimus, ne apud hostes quidem habeat quenquam, cui sit admodum exosus.* Sed quid de P. B. cardinalis iudicio sentiendum, de quo talis exstat narratio? Cum *Georg. Sabinus*, literarum gratia in Italiam protectus Cardinali illi Romae literas à Melanchthone reddidisset: Cardinalis, qui Melanchthonem religionis quidem professione disparem, ob eruditionem tamen magni faciebat, & commendationem apud se valere vellet plurimum, Sabinum non solum ad colloquium humaniter admisit, sed etiam ad mensam adhibuit. Inter epulas tum alia seiscitatus ille, tum haec tria imprimis scire voluit, quanto stipendio Melanchthon doceret, quam frequenti auditorio, & denique quid de resurrectione mortuorum ac vita aeterna sentiret? Ad primum respondit Sabinus: numerari Melanchthoni quotannis trecentos circiter florenos. Tum Cardinalis, *ò ingrati*, inquit, Germaniam; *quae tanti viri tot tantosque labores non pluris aestimet.* De auditorum numero cum respondisset Sabinus: *habere Melanchthonem ut plurimum mille quingentos auditores*: Cardinalis id se non posse credere, ait: quod nullam tota in Europa Academiam nosset, una Parisiorum excepta; in qua unum tot audirent. Habuit autem Melanchthon saepe auditores bis mille quingentos. Ad tertiam quaestionem respondit Sabinus, è scriptis Melanchthonianis notam esse ipsius de utroque religionis capite *πληροφωειαν*. Tum Cardinalis: *haberem virum prudentiorem, si hoc non crederet.*

De scriptis autem ejus nota sunt aliorum iudicia, quorum unum & alterum hic lubet subungere. *Nicolaus Gerbelius* vir pius & doctus* ita de iis; *Mihi unus Philippus & solus ferè, post divinas literas, & acutè, & doctè, & brevissimè omnia agere videtur.* Lutherus autem tum alias gravissimè Melanchthoniana commendavit, tum hac* epistola, quae non ita in vulgus nota, *Sublegeram*, inquit, *jam ante Philippi nostri annotationes in tres epistolas Pauli. In qua re cum liceret irasci in furem Lutherum; hoc tamen se putabat egregiè in me vindicatum, quod Libellus typographorum negligentia satis mendosus exierat, ut & me propè puderet & pigeret furti tam male locati. Ille interim me risit, sperans fore; ut furtis ejusmodi deinceps abstinerem, meo periculo doctus. Ego autem risit eo nihil morus, auxi meam temeritatem, & jam non furor, sed per vim rapio, frustra remittente autore, annotationes ejus in Joannem Evangelistam. Quas tamen nolo verbis ornare, sese commendabunt Lectori, ne rursus nasus ejus & ruga mihi ferenda sint. Non enim modestia studio, sui & suarum rerum contemptor est, sed quod Chri-*

*stiano affectu omnia nostra nihil esse credat. Soli autem Christo omnia debere tam obstinate, ut mihi planè videatur saltem in hoc errare, quod Christum ipse fingat longius abesse cordi suo, quam sit revera. Nec mihi aliter suadenti, amplius credit, adeo profecit, & me superavit: Novissimi sic sunt primi, & primi novissimi. Denique testatur sese harum annotationum non velle autorem agnoscere. Certè nimis nullus est Philippus in hac parte Ecclesiam juvando: Mallem & ego nullos esse usquam commentarios, solis & puris regnantibus ubique scripturis, viva voce tractatis. Sed quomodo Ecclesia carere possit Commentariis scripturas saltem indicantibus, non video, quales Philippi sunt. Et quis non videt Epistolam ad Hebraeos esse propè commentarium? Item Pauli ad Romanos & Galatas? Quis enim sic tractaturus erat sacras scripturas, nisi Paulus sic tractandas esse monstrasset? At hoc monstrare ego appello commentari. Hoc solum à Philippo petitur. Ipse verò, alia sibi de se ipso somniat peti. Haecenus Lutherus. Ipse autem sic de se Melanchthon: *Ego me includo in arrium & methodi septa: sed tamen prudentibus facile satisfacio. Verùm si vos aliquid in meis scriptis desideratis, magno me beneficio afficietis, si candidè me admonueritis. Verbosius idem & se & scripta sua epistola quadam retexit*, in qua & quid suorum probet, quidve improbet; ingenuè exponit. Fatetur ibidem; nullum fere suorum librorum, praesertim Philosophicorum, esse integrum aut absolutum, & ab amicis in Italia se interrogatum; cur tales nugae publicari sineret? Sed respondit, se commodum juventutis in scholis quarere, & quanquam ipse multa in suis desideret, ac deesse agnoscat, ex ingenii sui tarditate, injuriis fortunae & aularum quoque debilitati, atque otii penuria tamen minus pœnitere laborum, si superiorum annorum cogitet incertitiam. De sententiis illis Patrum & deinde Koesarod, à se collectis, scribit; quasdam earum esse supposititias: ac male se, & hac & similia omissa esse. Excitatus autem fuit dialogo Oecolampadii, ut, post editas illas sententias, totam antiquitatem accuratius peruestigavit, qua cognita, sententiam mutavit, paucis post colloquium Marpurgense aumis, ipsum autem Lutherum gravibus de causis nunquam oppugnavit, sed horridiores ejus sententias, ut alias, moderatus est.**

Et haec de Melanchthone, si cui placet, addat aliam vitam ejus descriptionem, quae in Germanorum Philosophorum vitis reperitur.

CONRADUS LYCOSTHENES.

Rubeacum, hodie superioris Alsatiae oppidum, patria fuit *Conradi Lycosthenis*; nati sub annum Domini millesimum, quingentesimum, decimum octavum, * Patre *Theobaldo Wolffhart* / (quod cum Graeco

* Epist. ad Ioh. Schweb. 1520.

Judicium ipsius Mel. de se & suis scriptis. * Excitac. ca. 1.1. ep. Melanchth. pag. 350.

De dictis Patrum à se editis.

© 1561. d. 25. Martii aet. 43

* V. in vita Pellic. Theobald. Wolffhart Lycosthenis avunculus Pellican.

Lycosthenis commutatum) consule & quaestore multis annis illius reipub. matre *Elisabetha*, sorore *Conradi Pellicani*: de quo antea.

Puer, bonâ indole & rarâ industriâ, prima literarum rudimenta maturè imbibit, non sine avunculi illius, ut verisimile est, ductu. Itaque *septendecim* annorum adolescentulus, Academiam *Haidelbergensem*, optimarum artium studiis florentem, accessit, ubi ad percipiendas linguas & doctrinas liberales, plurimum operæ, studii, ac laboris contulit: atque ita in omni studiorum genere versatus fuit, ut anno Christi *millesimo, quingentesimo, trigésimo nono*, ætatis *vicesimo primo*, summum Philosophorum ἀξιωμα cum laude reportarit.

Inde ad cœlestium literarum monumenta, singulari ductus pietate, animum adjecit: & Theologorum ἀκροατήτων studiosè frequentavit, domi quoque sacris per diem & pernox operatus. Cum hoc Theologiæ studio historiarum, occulto quodam naturæ inflammatus igniculo, cognitionem conjunxit; *temporum series conferendo, regnorum periodos annorando, res gestas moresque singularum gentium observando*. Propter quæ studia tum optimo cuique gratus, tum *Henrico Stoloni*, ecclesiastæ tunc temporis *Heidelbergensi*, de quo ante, fuit amicissimus, quo cum etiam anno *quadragesimo primo*, *Ratisbonam*, ad conventum Theologorum profectus, multa tam in ecclesiasticis, quàm in politicis ἀξιωμα observavit. Quæ autem ibi agitata sint in dirimendis religionis controversiis, acta colloquii illius edita ostendunt.

Reversus *Heidelbergam*, studiorum cursum, uti ceperat, usit, usus patrocínio & amicitia popularis sui *Luca Schroteisen* / Professoris tunc eâ in Academia, postea jureconsulti ac cancellarii *Wûrtembergici*. Exinde anno *quadragesimo secundo* *Basilëam* cum *Henrico Pantaleone*, studiorum socio, venit; statimque inter Professores artium locum nactus, *Grammatica & Dialectica* fide & dexteritate singulari tradidit. Hanc functionem cum *triennium* obiisset; translatus est ad officium *Diaconi* ad *D. Leonhardi*: quo in munere ad vitæ usque exitum fideliter elaboravit, publicè docendo ecclesiam, privatim scripta in usum posteritatis elucubrando. *Hominis enim mens discendo altitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit aut agit: videntique aut audiendi delectatione ducitur.*

Verùm quemadmodum utrumque tum animo tum corpori noxium est, & immodicus labor & otium segne: ita & *Lycostheni* usu venire necesse fuit. Dum enim

*Nullum à labore ipsum reclinat otium,
Urget diem nox, & dies noctem:*

Paralyâ subitâ paralyâ, anno *quingagesimo quinto*, dextri lateris tactus, linguæ etiam officio sublato, ratione salvâ, memoriâ aliquot diebus amisit. Pristinæ tamen valetudini utcumque restitutus, *septennium* post integrâ vixit memoriâ: cumque manus dextra officium

non faceret, sinistra usus, aliquot libros abfolvit. Nam *librum prodigiorum à conditio mundo, ad suam usq. ætatem*, annorum observatâ serie, deduxit: & *Theatri vitæ humanæ*, operis immensi & laboris & studii, *fundamenta* jecit: quod postea *Theodorus Zvingerus*, privignus ipsius, philosophus ac medicus, eruditionis & lectionis variæ ad fastigium usque perduxit.

Tandem quod diu ipsi facere minata mors erat, fecit. Anno enim *sexagesimo primo*, die *vicesimâ quintâ* Martii, apoplexia gravissimâ correptus, intra unius horæ spatium, vitam cum morte expectatissimâ commutavit, ætatis suæ anno *quadragesimo tertio* nondum completo. Sepultus honestè est *Basilææ* ad *D. Leonhardi*, tali cum epigraphe:

SISTE GRADUM VIATOR:
SI BONUS ES, MORERE VICTURUS:
SI MALUS ES, VIVE MORITURUS.
HOCCE

CONRADUS EGO LYCOSTHENES
RUBEACENSIS, PHILOSOPHIÆ
PERENNIS COMPENDIUM ÆT.
LUMINUM DATORIS BENIG.

PER XLII. VALETUDINARIÆ ÆT.
ANNOS M. VII. D. VII. SEDULO
SERIOQUE COMMENTATUS;
IIX. KAL. APRIL. NON IMPROVISO
APOPLEXIÆ TURBINE.
AD CERTAM IMMORTALIT.
ANNO EJUSDEM REPAR.
M. D. LXI.

PRÆTER VOTUM METUMQUE
ABREPTUS, SORTIS LIT.
MULTAM SALTEM, SI NON
MAGNAM, RELIQUI USURAM
POSTERIS. QUI POTES
MELIORA, DEBES: ATQUE
UT PRÆSTES, IN REM
TUAM ABI.

Theologus hic atque philologus diligentissimus, deque communibus studiis præclarè meritus, inter labores assiduos mortis horam semper fuit commentatus, & quatuor summa erga se agnovit ac deprædicavit beneficia; quod *Christianus natus*: quod *in literarum studiis educatus*: quod *ad Theologiæ professionem vocatus*: quod *opportunitate, Rempubl. scriptis suis juvandi, non fuisset destitutus.*

Monumentorum ingenii ipsius elenchus hic est: *commentaria in Plinium juniorem* de vitis illustribus: *de Rubeacensium republ.* ejus primordiis, incrementis, devastationibus: *Julii Obsequentis prodigiorum* liber restitutus & auctus: *de mulierum præclarè dictis & factis*: *de priscis Romanorum legibus & plebis scitis*: *de similibus factis & eventis*: *calendarium historicum*, in quo multarum gentium menses cum Romanorum mensibus conferuntur: *illustrium virorum apophthegmata*: *similitudinum & parabolarum loci communes*:

Sinistra loco dextra utitur.
Theatrum vitæ humana ordinatur.

Moritur.

Epitaphium ejus.

Theodor. Zvinger.

6 156
d. 28. Oct.
arat. 41.
Dornstadium
patris Beu-
lini.
Tubing.
venit.
Ibi Theod.
D. vener.
ciatur.
Et Profes-
sor consti-
tuitur.

Mititur
Tridentum.
Et in Ba-
ruffiam.

Quatuor beneficia agnovit.

scripta

Proposte
& Canc-
larius I-
bing. eli-
tur.

Abit in
Galliam

Peste &
ripitur.

res, virtutum & vitiorum exempla, annotationes in Justinum, Valer. Maximum, & Fennestellam, compendium bibliotheca Gesneriana, & alia complura. Theatri vitæ humanæ, hoc est, exemplorum & historiarum materiam seu farraginem infinitam ferè incredibile labore quindecim amplius annis ipse congestit: sed morte subitâ oppressus, nec hanc, ut diximus, nec Similium editionem ad umbilicum deducere potuit. Aggressus deinde laboriosum opus est Theodorus Zuingerus: cui Lycosthenes conditione vitricus, voluntate plus quàm pater, eaque forma, quæ hodie exstat, digessit.

Pantal. l. 3. Prosopograph. Zuingerus in præfatione Theatri: Basiliensium monumenta, alii.

JACOBUS BEURLINUS.

Dornstadii, Hercyniæ sylvæ oppido, natus est Jacobus Beurlinus, piis honestisque parentibus, anno Christi millesimo, quingentesimo, vicefimo. Domi primis literis imbutus, cum ingenio esset felici, nec à studiis abhorreret, Tubingam venit: ubi tum linguis & artibus, tum sacris imprimis literis tantâ diligentia incubuit, ut summo in Theologia gradu fuerit ornatus.

Deinde in Professorum Theologicorum ordinem cooptatus, epistolas Paulinas, aliæque scripta Prophetica & Apostolica, magna perspicuitate & gravitate eruditissimè est interpretatus. Postea à Duce Württembergico, cum tribus Theologis, Joanne Brentio, Jacobo Herbrando, & Valentino Fannio, Abbate Maulbrunnensi, Tridentum ad Patres Concilii instituti, anno salutis humanæ, millesimo, quingentesimo, quinquagesimo primo, missus est. Inde reversus in Borussia, ad componendam controversiam, in justificationis articulo exortam, jussu & mandato principis abiit, & alias multas periculosas profectiones, magna dexteritate suscepit atque obiit. Nam disputator fuit acutus, industrius, & multis egregiis virtutibus præditus. Præterea suavissimis moribus, modestia & humilitate tanta; ut nemini se præferret, in aliisque longè indoctoribus dona DEI agnosceret, ita ut cum quovis etiam puero facile loqueretur.

Tandem ob singularem eruditionem, prudentiam & dexteritatem in rebus agendis, summa & dignitate & auctoritate donatus est, ac communi senatus suffragio, principis voluntate, Tubingensis Academiæ præpositus & cancellarius factus electusque.

Postremo cum religionis nomine magnæ in Gallia turbæ excitarentur, & colloquio dirimendæ publico viderentur, ipse jussu Principis cum collegis quibusdam in Galliam abiit. Ibi dum Parisiis Bibliothecam, optimis autoribus refertam, perlustrat: morbo corripitur, quem primò sacrum ignem, qui Erysipelas Græcis, rati: postea eventutristissimo edocti pestem fuisse cognoverunt, quæ

Luteriæ tunc & in illo Sorbonæ collegio grassabatur; id quod n̄ stri ignorabant. Eo morbo non sine luctu bonorum decessit, anno Domini M. D. LXI. die vicefimo octavo Octobris, ætatis suæ anno quadragesimo primo. Ante obitum hos versus, quibus animi sui præsentiam indicavit, dixisse fertur:

Ἐγγυς ἐγὼ θανάτου. Φεῖσέ κεν ἄλλοι,
ἀτόρτοι
ἔτι μέλι. Θάσιεν ἔμαθον πάρος, ὕχ
παρέργως.

Moriens itidem suos viduam & liberos secundum Deum principi suo commendavit: qui quâ fuit pietate & clementia paternam liberorum habuit rationem, liberaliter ad honesta matrimonia dotando. Fuit omissis loco habitum, quod ipsis proficiscentibus accidit. Egredientibus enim Sin'gardia, equus cæteris generosior, sub curru exanimis concidit.

Ut autem Academia Tubingensis suo Cancellario, in negotio publico defuncto, sese gratam declararet: epitaphium ei in templo erigendum curavit ejusmodi.

CLARISSIMO VIRO JACOBO BEURLINO, DOCTORI THEOLOGO, ECCLESIAE HUIUS PRÆPOSITO, ET INCLYTÆ UNIVERSITATIS CANCELLARIO, IN LEGATIONE LUTETIÆ PARIENSI, V. CALEND. NOVEMBRIS, ANNO SALUTIS. M.D.LXI. ÆTATIS VERO SUÆ XLI. MORTUO, SENATUS ACADEMIÆ TUBINGENSIS OPTIME MERITO F. R.

Quisquis in hanc oculos defigis & ora figuram,
Sis memor, hoc firmum sit, quod in orbemibil.
Sic cecidit quondam Martinus Frechtus arte
Maximus, hic cuius molliter ossa cubant.
Sic cadit heu fatis æternum vivere dignus,
Beurlinus, nostra nomen honorq; schola.
E patrio in primis huc qui se contulit annis,
Cui polus * & nomen spina * dedere solo.
Ingenioq; potens, linguas industrius omnes,
Atq; artes hausit, cum pietate sacras:
Donec ad officium templiq; scholæq; vocatus,
Præfectusq; simul summo in honore fuit.
Quid grave iudicium, & sapientis fulmina
lingua,
Virtutesq; viri, donaq; mille canam?
Non tantum populo fuit observatus ab omni:
Wirttembergiaco s. d. quog; cura Daci.
Quo mandante abiit per mille pericla Tri-
dentum;
Ut veram assereret, quo decet ore, fidem.
Inde Borussiae sese commovit in oras,
Componens litem, quæ fuit orta gravem.
Tandem etiam fatis, dolor heu! volventibus
atris
Adscitus, Galli sub regione cadit.
Vir magnus magna celebriq; sepultus in
urbe,
Parisiis celsæ stant ubi tecta schola.

Qua ex-
finguntur.

Voces ejus
ultima.

Omen.

Epitaphiū
Beurlini.

* Dorna
stadt.

Theodor.
Zuinger.

1561.
d. 28. Oct.
aet. 41.
Dornstadii
patris Beurlini.
Tubingam
venit.
Ibi Theol.
D. venen-
ciatur.
Et Profes-
sor consti-
tuitur.

Mittitur
Tridentum.
Et in Bor-
ussiam.

Præpositus
& Cancellarius
Tubing. eligi-
tur.

Abit in
Galliam.

Peste cor-
ripitur.

Ne tamen omne viri nomen sine honore periret:

Struxerunt patres hac monumenta schola.

Spiritus in caelis à carnis mole solutus

Virtutesq; DEI, justitiamq; canit.

Scriptit enarrationem Epistolae Canonicae Joannis Apostoli & Evangelistae: deinde librum contra Petrum à Soto: item orationem de Mysterio incarnationis Domini nostri JESU Christi, & alia nonnulla.

Pantal. l. 3. Profopogr. Crusius in annalibus Suevicis: Thuanus lib. 28. histor.

1563.
d. 30. Aug.
aet. 66.

Dusa, oppidum.

* h. e.
octavus
Septemb.

Antonius
Musculus.

Hammannus
Musculi
frat.

Wolfgangus
Musculi
indoles.

Mittitur
ad scholas
peregrinus.

Venit Rappersvillam

WOLFGANGUS MUSCULUS.

Dusa Lotharingiae est oppidum, non amplum illud quidem, at tamen salinis, quas habet abundantes, eâ in regione percelebre. Hoc protulit Wolfgangum Musculum, cum annus à Christo nato verteretur, millesimus, quadringentesimus, nonagesimus septimus; dies autem sextus Iduum * Septembr. qui & natalis fuit Petro Martyri anno inchoante seculum decimum quintum.

Parentem habuit Antonium Musculum doliarium, hominem pium & mediocris fortunae: matrem Angelam Sartoriam, ex Dumenno pago Dusa vicinò honestis parentibus oriundam; feminam religiosam, castam, & perquam prudentem. Haec ex marito liberos suscepit quatuor, inque iis filiam unam, sed duo tantum filii fuerunt superstites, Hammannus, & hic Wolfgangus: qui & ipse adhuc puer peste correptus, Dei tamen beneficio restitutus fuit.

Hammannum pater suo artificio instituit: Wolfgangum verò quem videbat ingeniosorem, & magis ad studia natum, literis addiscendis destinavit, quibus cum primum imbui cepisset, statim in illo singularis quaedam indoles & industria, animique in studia literarum fervor & cupiditas eluxit. Erat enim & mira ingenii promptitudine, & studio discendi adeò ardenti; ut nullum in eo unquam legendi scribendive fastidium appareret: neque calcari ille, sed frenis indigebat, quippe qui à libris & schola vix unquam, nisi vi abstrictus, discederet.

Cum verò jam grandiusculus, majoribus studiis aptus esset; pater illum à se ad alias scholas dimisit, per exiguo tamen cum viatico, eò quòd vellet ipsum pro illorum temporum consuetudine, ostiatim cantando cibum quærere. Sic enim tum temporis solebant etiam qui ditiores erant, filios suos quasi extrudere, hoc consilio, ut simul & literas diligentius excolerent, & patientiam, temperantiam, humilitatemque cum literis addiscerent, ne si lautius alerentur, otium & luxum magis, quàm studia sectarentur. Ad hunc itaque modum dimissus, peragratis aliquot Alsatiae oppidis, tandem Rappersvillam venit. Ubi cum ei vidua quaedam hospitium praeuisset, ludum literarum frequentavit, magnamque ibi initio famem & inedia perpellus est, donec probitate & modestia

sua, familiae nobilis & generosi Comitissae à Rappersvillam innotuisset, à qua se postea multis affectum beneficiis, sapius prae dicavit.

Post ulinò discedens Colmariam, inde Slestadtum venit, ibique operam literis dedit. Tenebatur autem jam tum in illa puerili aetate poetices amore, inque poetarum lectione assiduus erat. Et cum ejus studii propositum esset, à præceptore certamen, ut recitandis memoriter carminibus pueri inter se contenderent, factum est, cum hoc exercitii genere impeniùs delectaretur, ut diligentior esset in ediscendis multis carminibus, & scribendorum quoque versuum rationem facilius assequeretur.

Hoc fuit initium, & hic cursus studiorum ejus, usque ad annum aetatis decimum quintum, quo primum monasticum vitae genus ingressus est: idque tali occasione.

Invisurus aliquando parentes, cum iter haberet per Lixheimum pagum, Westrichae, sub dominio Lützelsteinio, in ditione Palatini Electoris; ad materteram suam Sophiam, illic habitantem, diuertit. Erat autem ibi vicinum, ejusdem nominis cœnobium, ordinis S. Benedicti, opulentissimum, olim à Dominis de Lützelstein fundatum. Ad illud matertera ipsum, cum vespertinas suas monachi cantiones haberent, secum deduxit. Ubi cum se cantantibus adjunxisset, & Psalmodias unâ decantasset, Praeposito, (ita enim summi vocabantur in ea familia praesides) ejus ingenium, vocis, motumque suavitas, primo intuitu vehementer attriit, statimque cogitare cepit: quo illum pacto ad collegium allicere posset. Exeuntem itaque sequitur, & in ipso adhuc templo cum matertera colloquentem assequitur. Rogat ex muliere, cujus sit, & unde veniat adolescens? illa sororis esse filium respondet, & ex scholis reversum, ad parentes Dusam proficisci. Tum ille ex adolescente quaerit, ecquid monasticum hoc vitae genus sibi arrideat? quod si ei sese addicere velit; non modò gratis ipsum in collegium se cooptaturum, quod antea contigisset nulli: verum etiam vestes ei & lectum, aliaque necessaria exhibiturum, sumtus quoque initiationis de suo additurum; summa, non alio, quàm filii loco habiturum.

Accepit mulier laeta insperatam promissionem, eamque se continuo una cum puero ad ejus parentes relaturam, & quae ipsorum hac in re voluntas sit, brevi renunciaturam pollicetur. Postridiè igitur iter ingressi, Dusam ubi veniunt, parentibus rem omnem exponunt, qui his auditis exhilarati, sibi & filio hanc fortunam divinitus, ut ipsi tum existimabant, oblatam gratulabantur, & sequentis diei summo mane ad iter se accingunt, in cœnobium veniunt, rem omnem cum Priore transigunt. Is sicuti promiserat, in familiam ipsum recipit; habitu collegii induit; suisque postea impensis ad Episcopi Metensis oppidum ablegat; ut sacris, pro more, inauguraretur: ac deinceps quoad vixit, filii loco habuit.

Hac

Hac occasione monasterium ingressus, in illo vixit usque ad annum ætatis suæ *trigesimum*, Christi autem *vigésimum septimum* supra *millesimum quingentesimum*. Nec tamen eo loco ocio & luxui, ut plerumque solet monachorum vulgus, indulgit: sed omne ocium in literis consumpsit. Luxuriam verò & ebrietatem, inde ab ineunte ætate toto pectore averfatus est. Bibentibus igitur & colludentibus aliis, ipse sumto libro in sylvulam vicinam sese proripuit: tantisper in illa vel ad legendum confidens, vel ad meditando deambulans, donec ipsum hora cœnæ domum revocaret. Quamvis enim in hoc ætatis flore alacri & hilari ingenio esset; ac liberalibus tam corporis, quam animi exercitiis apprimè delectaretur; illiberalia tamen certamina; qualia sunt alex, poculorum, & his similia, penitus refugiebat. Destituebatur autem bonorum librorum copia, eò quòd bibliothecam publicam collegium illud non haberet.

Accidit vero, ut aliquando sub ipso ædium tecto, confusam dissolutarum membranarum congeriem offenderet; ex qua aliquot *Ciceronis opuscula* & *Ovidii omnia opera* collegit. Illis tum usus est libris: inprimis *Ovidio* addictus, propter poëtices studium, quo inde à pueritia flagrarat; quod in ipso accendebatur; adeò ut & noctu versus somniaret; & de quacunque re obvia carmen conderet. Unde brevi tantum sibi scribendorum versuum habitum comparavit, ut cum *Ovidio* dicere possèt:

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos;
Quicquid conabar dicere, versus erat.

Quodque minimè fuit vulgaris argumentum ingenii: cœperat tum *Metamorphoseon* libros in *Compendium* contrahere, amputatis, quibus abundant, prolixioribus fabularum ambagibus; inque eo opere jam *quinque libros* absolverat; verum antequam ad finem produxisset, *Claudius Cantiancula*, cujus postea insignis inter *Jctos* fuit autoritas, cum aliquando in cœnobio ipsum convenisset, scriptumque illud vehementer probaret, multis id ab illo precibus mutuatus abstulit, nec unquam postea restituit. Cum poësi musica instrumenta non ineptè jungi existimo, præsertim cum eorum peritia non minima eruditionis pars à veteribus sit habita. Illis igitur eodem tempore operam dedit, idque publicis collegii impensis. Cum enim ejus mira in singulis industria, maximè verò ad Musicam pronum ingenium esset; Prior *Wernerus* ipsum in oppido *Niuviller* prope Tabernas, in illis organis, quorum in templis usus esse solet, institui voluit: cumque brevi illorum tractandorum peritissimus factus esset, nova organa in templo paravit, ipsoque postea organico usus est. Ac fuit ejus in hac arte peritia, in extrema etiam senectute, quoties sese à gravioribus studiis recrearet, multis admirationi, & delectationi.

Cæterum cum ipsum maturior ætas ad gra-

viora studia vocaret; ad sacram Theologiam animum appulit: quod fuit circa annum ætatis suæ *viceſimum*: cumque reliquos sui collegii *συμμονας*, eruditione & facundia longè antecelleret: statim illi publicè concionandi munus demandatum est: quod cum suscepisset, sæpius se à pio quodam illius collegii senè admonitum esse dixit; *si bonus velit fieri concionator, det operam ut sit bonus Bibliicus*, (illa enim dictione senex utebatur) hoc monens; ut sacra Biblia sibi quam familiarissima redderet. Qua senis admonitione se ad diligentiorum sacrarum literarum lectionem, & meditationem vehementer impulsus esse confirmavit. Docuit autem primùm in Ecclesia *Lixheimensi*; & aliis tribus ad cœnobii jurisdictionem pertinentibus, *Prauvviller*, *Fleisheim*, *Helgeringen*: postea verò quàm ejus in concionibus fervor & eloquentia vicinis innotuisset, ad varias Ecclesias docendi gratia vocatus est.

Circa annum Christi, *millesimum quingentesimum decimum octavum*, prodibant, & passim divulgabantur *D. Lutheri* de religione libelli; quorum cum illi peramicum facta esset copia: dici non potest, quanta cum aviditate perlegerit: quanta cum industria nocturna manu & diurna versarit. Et legebat quidem non minore cum fructu, quàm studio. Etenim puriorem doctrinam in illis magna cum animi promptitudine amplectebatur, nec minore cum zelo tuebatur. De hac in omnibus mensis cum sociis disputabat, eamque contra omnes omnium calumnias acriter defendebat, hæreseos crimen, quod illi, ut fit, à nonnullis impingebatur, constantissimè ab ea rejiciens: *Licet enim*, adiebat, *fieri possit, ut in aliquibus erret Lutherus, ut humanum est errare, pro hæretico tamen continuo non habendum: Augustino dicente: Errare possum, hæreticus esse nolo.* Neque solum inter socios & cœnobii parietes hæc agitabat; verum etiam foris, in quibus docebat Ecclesiis, doctrinam quam veram esse cognorat, publicè omnibus & ubique prædicabat, erroresque pro ea, qua tum donatus erat, veritatis luce demonstrabat, & confutabat. Unde brevi fama de illo apud omnes vicinos increbuit; ut vulgò non aliter, quam *Lutheranus monachus* diceretur.

Neque etiam caruit hoc ejus in propaganda Dei veritate studium suo successu. Nam præter cæteros, qui ipsum docentem audiverunt, plerosque sui collegii socios Christo lucrificavit: qui postea, deserto monachatu, Evangelium Christi constanter, usque ad vitæ suæ finem, professi sunt. Præterea etiam nonnullos viros nobiles: è quorum numero erat *Reinhardus à Rotenburg*, præfectus arcis *Lützelsteinæ*, & tutor illius collegii, vir magnæ apud Palatinum autoritatis: is singulari ipsum amore prosequabatur, & magno studio protegebat. Habebat enim hostes quoque & adversarios acerrimos, eosque non impotentes. Primum *domesticos seniores* collegii monachos, qui quòd animis essent in superstitione obfirmatioribus,

Ad Theol. transis.

Concinando se exercet.

Legit libros Luth.

Defendit ejus doctrinam.

Lutheranus monachus.

Reinhard. à Rotenburg, defensor Musculi.

Hostes Musculi.

Exemplum
constantia
Muse.

rioribus, quandiu vivebant, acerbissimè illi restiterunt, & plurimum mali intulerunt. Deinde verò etiam exteros, *Episcopum Metensem, & Argentinensem*, eorumque harpyjas: à quibus vel centies fuisset devoratus, nisi is, quem dixi, præfectus à Lützelsteinio sua ipsam protectione fuisset tutatus. Is (ut inter cætera & hoc obiter recenseam) aliquando periculum facturum, qua esset in hac religionis causa animi constantiâ, cum ipse quadam die in pagum Lixheimium habendæ concionis causa, more solito esset egressus, aliquot equitibus comitatus, ad templi fores accurrit, alio, ne agnosceretur, habitu assumpto, eumque è templo minitabundus evocat: quos ipse, non alios quàm Episcopi Metensis equites esse ratus: orat, ut sibi prius concionem finire liceat, postea se, quocunque vellent, cum ipsis abiturum: quod cum concessissent, in docendo pergit, tanta cum animi præsentia; ut ne minimum quidem signum timoris ederet. Finita concione, cum vitæ periculum sibi imminere putaret, populum ad constantiam, fidem, pietatem, & preces pro se ad Dominum fundendas hortatus est: quibus habitis, cum omnes metu percussi essent, ipse animo fortissimo sese illis sistit, omnem fortunam pro Christi nomine experiri paratus. Tandem *Reinhardus* imperterritum ejus animum admirans, nec amplius dissimulans, sese illi aperuit, hominemque amplexus, ad similem constantiam perpetuo retinendam hortatus est. Et hujus quidem protectione tutus erat à vi & impressione hostium, quàm longè patebat illius dominium: ubi verò extra ejus limites egrediebatur, nusquam non paratæ erant insidias, quas sæpenumero difficilimè effugit. Cum enim securius ambularet, eò quod periculum suum vel non intelligeret, vel contemneret: persæpè parum abfuit, quin in manus hostium incideret. Cujus exemplum esse id potest, quod contigit anno *millesimo quingentesimo vicesimo quinto*, quo propter seditionem rusticam, omnia plena erant periculis & cædibus, passimque in omnes sæviebatur, quicumque de Evangelii professione suspecti erant. Factum est autem, ut ipse mense Majo, cum alio quodam sui collegii *Tabernas* veniret; statim post editam eo loco ab *Antonio Guisio* Lotharingo ingentem rusticorum stragem: volebat autem, quod febri laboraret, Argent. proficisci ad medicum. Cumque oppidum exirent, nobilis quidam, ei loco ab Episcopo Argentinensi præfectus, in porta sedens percontabatur, quo pergerent: cui ipse, Argentinam se ad medicum, propter incommodam corporis valetudinem, proficisci dicebat: *Ite*, respondit illo, *statim sciam, quò eatis*. Hac voce ipsi quidam non nihil percellabantur, nec tamen aliquid periculi subesse suspicantes pergebant, donec ipsos jam aliquousque progressos, rusticulus quidam trepidus & festinus assequutus, equites nonnullos subsequi, jamque non longe abesse diceret: cujus tanquam angeli

Periculum
Muse.

voce admoniti, recordabantur quid sibi vovisset, quæ nobilis in porta exeuntibus dixerat, sibi que periculum imminere facillè intelligebat. Quare in proximo statim pago ad pastoris domum sese celeriter recipiunt, qui ipsos, postquam omnem ei rem exposuissent, confestim per sylvas ac saltus, à recto itinere deducebat. Sed ecce, vix dum discesserant, cum jam equites ad ostium ejus domus adfuerunt, & de ipsis, quò abivissent, perquirunt: quibus cum responsum esset, diu jam illos, & longius abivisse: tum ipsi execrantes conviciantesque & hos sibi è faucibus ereptos indignissimè ferentes, tandem recesserunt. Sicque tum beneficio divino hostium manibus liberatus, postea cautior fuit.

Porro cum neque pericula minui, neque Evangelii professionem eo loco liberam esse posse cerneret: de relinquendo monachatu, cujus ipsum jampridem vehementer poenitebat, seque in alium locum, in quo major Evangelii libertas daretur conferendo, assidue cogitare cœpit: neque id dissimulans, sed communicato cum sociis collegii consilio: adeoque in hoc proposito firmus fuit: ut ne certissima quidem maximorum honorum spe proposita, ab eo se dimoveri pateretur. Postquam enim *Præpositus Wernerus* senio confectus è vivis discessisset, & in conventu publico de alio in ejus locum substituendo deliberaretur; communibus ei suffragiis hic honor fuit delatus: quem tamen constanti animo à se in alium quendam, *Brisacium* nomine, rejecit. Intelligens nimirum hoc agere Satanam; ut à pio proposito ipsum retraheret, & hoc quasi vinculo injecto, huic vitæ generi magis obstringeret, animumque propagandæ veritatis studio ardentem, his quali honorum & deliciarum lenociniis emolliret. Obfirmato igitur in eo proposito animo, priusquam discederet, virginem ejus loci honestam, & *Brisacio* novo Priori cognatam, *Margaretham Bart*, filiam *Andræ Bart*, sibi despondit. Discedenti *Brisacius* cenam dedit, in qua valedixit reliquis ejus collegii sociis, qui sex tantum supererant: è quibus tres ipsum paulò post sunt sequuti. Erant autem illi ex stipendio annuo residui quatuor tantum floreni, quibus *Brisacius* in cœna addidit alios quatuor. Hac instructus pecunia, iter circa medium noctis, (ut tutior per hostium agros esset transitus) ingreditur, *Nicolao Wagnero*, consobrino suo comitatus.

Proficiscebatur autem recta Argentoratum: quò pervenit sub finem anni *millesimi quingentesimi vicesimi septimi*, ætatis suæ *trigesimi*, ibique nuptias celebravit *vicesimo septimo* Decembris, quibus pro more Ecclesiæ benedixit *M. Theobaldus Nigri*, Ecclesiæ Argentinensis apud leniorem Petrum minister: qui & primo eum hospitio suscepit, & nuptiale convivium in suis ædibus instruxit.

Cate-

Cæterum cum ex illa pecuniola diu se cum uxore alere non posset: neque præterea haberet unde viveret; cogitare cepit de artificio aliquo manuario perdiscendo. Neque enim Ecclesiasticam aliquam functionem sperare audebat, cum multis doctis ad illas aditum præclusum videret. Uxore igitur apud *M. Theobaldum Nigri* ancillari iussa, ipse textoriam didicit, nactus ejus opificii magistrum; cum quo de pretio pro bimestri institutione certis conditionibus pactus, opus aggreditur. In illo verò instituto suo, alieno à pristina vitæ consuetudine, sese hoc disticho consolabatur:

*Est Deus in cælo qui providus omnia curat,
Credentes nusquam deseruisse potest.*

Erat autem ille in quem imprudens inciderat, textor, Anabaptista, ejusque sectæ domi suæ aliebat doctorem, miram sanctimoniam simulantem, nihil tamen (ut solent) operis facientem, tantum ubi comedendum esset, accumbentem: cum illo quoniam ei convenire non poterat, quin perpetuò ejus & hypocritin & delidiam reprehenderet, illud Pauli objiciens: *Qui non vult operari, is nec edat*: offensus tandem his concertationibus textor, odisse eum cepit, eoque bimestri elapso, cum jam pridem pactam pro mercede pecuniam recepisset, abire eum jubet, cum pactiones primitus inita aliud postularent: ipse verò quamvis non invitatus ab illo discederet, perfidiam tamen Anabaptisticam accusabat, & præter fidem datam se ab illo extrui conquerabatur. A textore igitur ita dimissus, quid in posterum sibi agendum deliberare cepit. Laborabant autem tum fortè Argentoratenses in ampliandis instaurandisque suæ urbis fossis & aggeribus. Eo in opere & ipse, cum aliud non occurreret, quo egestatem suam sublevaret, operam locare suam, animum induxit: jamque ejus rei ab ædili potestas ei facta, & merces promissa erat. Ibi cum postero die operi admovenda manus esset, sub vesperam prius fossam circuibat, cogitans solum, quem sibi in opere laborem potissimum sumere vellet, sed ecce, *Θεός*, quod dicitur *ὁ θεός πανχρηστός*. Cum enim ab illa deambulatione ad aedes *Theobaldi Nigri* reversus esset, indicat ei uxor, in eâ domo, ut dixi, ancillans, adfuisse ministrum urbis publicum, qui jussit: ut in summo templo Consulem & *D. Bucero* conveniat. Hoc nuncio, cum ignorare quid sibi vellet, turbatus; statim, quo vocatus erat, se contulit. In templum ubi venit, à Bucero conspectus accedere jubetur. Tum ei consul mandat; ut in pagum *Dorlizheim* exeat, ibique diebus Dominicis Evangelium Christi prædicet, & populum, ad turbas primum, ad tranquillitatem & obedientiam hortetur. Hanc ipse vocationem planè divinam, lætus accipit, Deoque patri gratias agit; qui pro sua bonitate clementer ipsum respexisset. Est autem pagus ille tribus ab urbe milliariis, vicinum habens oppidum *Moltzheimiam* Episcopi Argentinenis.

Ad illum igitur exhibat singulis diebus Sabbatinis, & sub vesperam ejus diei concionabatur; sequente autem Dominica tres habebat conciones, & postera die Lunæ manè redibat ad urbem. Receperat autem ipsum in domum suam *Bucero*: victumque ei dabat; ut reliquis diebus ejus operâ uteretur in describendis, quæ prælo Typographico erant submitenda. Adeò enim male pingebat Bucero; ut quæ scriberet, à Typographis, imò ab ipso met sapè Bucero, difficillimè legerentur: Musculus verò ea legebat expeditissimè, & pingebat elegantissimè. Descripsit itaque ei cum alia plura, tum verò potissimum explicationem *Zephaniæ* Prophetæ, quæ extat, in cujus fronte ejus leguntur carmina, & *Psalterium* illud totum, quod sub *Aretii Felini* nomine in lucem edidit.

Cum itaque aliquot jam mensibus ad illam Ecclesiam ex urbe esset egressus; tandem de consilio ministrorum, cum uxor ejus jam partui vicina esset, penitus ad eam emigravit: non multa tamen suppellectile onustus. Nihil enim habebat præter lectulum, quem ex cœnobio deportandum curaverat. Venientem excipiebant vicini perhumaniter, ac omnis generis vasa utensilia benignè offerebant: parum autem straminis solo instratum illi pro lectica erat. Tantam lubens pro Christi Evangelio pauperiem passus est, cum inter Pontificios amplissimis potuisset & opibus & honoribus florere. Et quàm nullus ipsum lucri odor ad Evangelii professionem impulerit, vel hoc solum testatur; quod annum totum in illa Ecclesia docuit, cum ne teruncium quidem à quoquam stipendii loco acciperet, nec etiam peteret; sed in summa paupertate patientissimè & tranquillè viveret. Quo minus autem illi stipendium solveretur; in causa erat Abbas Cœnobii *Hohenforst*, qui cum omnes illius Ecclesiæ decimas, & census annuos colligeret; ministro tamen Evangelii stipendium pendere recusabat, tandem verò Argentinenes ut ipsius penuriam sublevarent, aliquam illi pecunia summam, è publ. ærario benignè numerarunt.

Cum ergò ibi tantis in angustiis rei familiaris habitaret, scholam instituto perquam pio & utili, aperuit; ac vicinorum pueros in literis instituit: eaque operâ omnium sibi animos adeò devinxit; ut patris loco ipsum omnes amarent ac venerarentur. Porro juxta illum pagum cœnobium est ordinis *S. Joannis*: in quo, quia ad diocœsin Episcop. Argentorat. pertinet, anniversaria celebrantur encœnia, in iisque monachus vel sacrificulus aliquis *Moltzheimiensis* concionem habere solet. Illam itaque ut audiret, rogantibus vicinis, exivit. Tractabat tum tortè pro concione Monachus verba Pauli ad Hebræos sine fide impossibile est placere DEO: cumque multa de præstantia fidei dixisset, tandem magna acerbitate in Lutheranos, nominatim verò Argentinenes, tanquam desertores fidei Catholicæ, invehebatur.

Vivit cum Bucero.

Quem juvat describendo.

Migrat in pagum.

Docet sine stipendio.

Sublevatur ab Argentorat.

Aperit scholam.

Interest concioni monachi.

Erat autem frequens concio, & inter ceteros frequentiores aderant cives & sacrificuli Moltzheimenses: qui quasi re bene acta, suaviter in sinum ridebant. Postquam autem finem dicendi fecisset, de cathedra descendente monachum *Musculus* aggreditur, & *heus tu nequam*, inquit, *consiste, & nunc me vicissim audi; ostendam enim toti huic Ecclesie nequitiam tuam.* Conscensoque suggestu, eadem Pauli verba populo enarrans, genuinum illorum sensum de vera & salvifica in Christum Jesum fide explicabat; & Argent. nequaquam desertores, sed assertores veræ hujus fidei esse demonstrabat. Tum verò populo undique confluyente, sacrificuli confusi sese paulatim alius post alium proriperunt. Oeconomus verò cœnobii confestim accurrens, sermonem illius exostulando interrupit, & à concione desistere iussit, ac quis ei in hoc loco concionandi potestatem fecisset, interrogavit? Cui ipse, *Quis tibi hanc, inquit, potestatem dedit, monachum mendacissimum in hunc locum constituendi, qui Senatum populumque Argentinensem inique adeò & impudenter calumnietur? mibi verò ex officio & data fide incumbit: ut magistratum meum ab iniquis & falsis criminacionibus illius purgem.* Hac responsione semel repulsus Oeconomus, cum ipse in sermone pergeret: statim redit, & non jam minis, sed precibus instat ut cesset; omnino enim ad seditionem & tumultum rem spectare: ipse verò quieto illum animo esse jubet, populumque, ne quid seditiosè agat, hortatur; sicque constanter & magno animo ad finem usque orationem deducit. Hujus rei fama cum illicò Argenteratum emanasset: magnam illi apud omnes bonos auctoritatem & laudem peperit.

Fit Diaconus Argenterasi.

Egit in hoc pago annum integrum, cum ipsum Argentinenses revocarunt in urbem; ut in summo templo *D. Matthie Zellii* diaconus esset: quam ipse functionem, cum se minime ad eam idoneum putaret, dici non potest, quanta cum difficultate receperit: tandem verò coactus, biennio eam subivit: inque illa hoc potissimum memorabile gessit, quod *Dosnam*, pagum Argentinensium juxta oppidum *Nüvvylers*, emissus, cum in eo hæctenus à populo missa Pontificia pertinaciter retenta fuisset, ipse prima statim concione effecit: ut populus sua sponte eam confestim abrogarit, & monachum, sacra illa hæctenus administrare solitum, è templo, una cum universa papistici cultus sepellectile ejecerit. Ibi tamen sex tantum septimanis docuit: cum alio in ejus locum substituto, ipse ad urbem revocatus est. Reliquo tempore quo Argentinæ diaconi officio functus est, lectiones sacras *Wolffgangi Capitonis*, & *Martini Buceri* diligenter audivit: ibique primum, cum id studia sua requirere cerneret, Hebrææ linguæ operam dare cepit. Cujus in studio, summæ diligentia, vel hoc luculentum esse argumentum potest: quod *Lexicon Hebræum* sua manu elegantissimè conscripsit: tantamque brevi ejus linguæ cognitionem sibi comparavit: ut

Audit Theologos Argent. Hebrææ linguæ dat operam.

non sacra solum Biblia; sed & Rabinorum obscurissimos Commentarios, & Chaldaicos etiam interpretes, perfectè intelligeret.

Cæterum elapso biennio, *Augustani* in principio anni *millesimi quingentesimi trigesimali primi* ab Argentinensibus petunt, ut *Musculum*, Ecclesiæ suæ aliquot annis concedant. Huic Augustanorum petitioni, quamvis haud gravatim annueret Senatus Argentinensis; ipse tamen pedibus & manibus reluctabatur: quod tanto oneri se minimè omnium parem esse judicaret, nec omnino eorum voluntati obtemperasset, quantumvis vehementer urgente Bucero, nisi suam senatus auctoritatem interposuisset: qui hoc ab illo officium, pro suo in ipsum jure, vehementer postulabat. Mandato igitur paruit, & *Augustam* sub initium anni *trigesimi primi* venit; primamque ibi concionem habuit apud Minoritas *vicefimo secundo* Januarii hora septima matutina, tractans locum *Matthæi undecimo: Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Designatum igitur ei primum fuit templum *S. Crucis*: in quo docuit *septem* illis annis, quibus adhuc fex *Papistica*, post revocatum postliminio Evangelium, in Ecclesia Augustana hæsit.

Erat autem illo tempore ejus Ecclesiæ afflictus & perturbatus status, non solum propter Episcopi, Canonicorum, reliquorumque Pontificiæ religionis affectarum, machinas & turbulenta consilia, quibus Christi Evangelium illinc expellere nunquam non conabantur: veium etiam ob Anabaptistarum furorē, qui, ut solent ubique in teneras Christi Ecclesias sese instar serpentum insinuare: ita in hanc quoque subingressi erant, in eaque & multos seducebant, & valdè impudenter & temere agebant. Neque enim jam occultè, sed palam docebant; & eò usque quorundam audacia progressa erat; ut in ipsum templum, eà horâ quâ populus ad audiendum Dei verbum convenerat, ingressi, conscenderent suggestum, suosque errores publicè profiterentur; quos consul interveniens, cum res ad tumultum & seditionem, populo vehementer commoto, spectaret, comprehendendi, & in carcerem conjici jubet. Nec deerant qui gladio tollendos esse clamarent, & magistratum ad ejusmodi vindictam hortarentur, his contradicebat *Musculus* nec eo modo cum errantibus agendum, sed omnia prius experiunda, & patienda potius, Christianaque institutione, quam gladio, vincendos esse docebat. Ingenium enim hominis animum esse, qui duci magis quam cogi velit; eoque magistratum ad clementiam, & longanimitatem cohortabatur. Ipse verò in carcere eos quotidie invisebat, & quamvis primo congressu pertinacissimè cum averfarentur, & pessimis conviciis incellerent: *progeniem viperarum & Pseudopphetam vocantes, qui sub vestitu ovium lupum rapacem alat, & ipsorum sanguini insidietur*, aliaque his etiam atrociora in ipsum evomerent,

omne-

omneque colloquium detractarent, nihil tamen his ipse movebatur, neque à proposito desisteat, quin quotidie ipsos accederet, neque id vacuis manibus; sed aliquid subinde edulii, quo confirmarentur (erant enim aliqui ex carceris fœtore parum firmi) secum ferebat, cavebatque summo studio, ne religionis & doctrinæ ullam mentionem faceret, donec humanitate ejus & beneficiis victi, ipsum tandem ardentissime amare, ejus colloquium ultrò expectere cœpissent, tum demum seposito omni affectu pravo, ipsum patienter audiebant, suaque cum ipso familiariter conferebant; & alium post alium errorem agnoscebant, tandemque publicè pro rostris anabaptisimum suum abjurarunt: qui prius quodvis potius crudelissimum supplicii genus subire, quàm ab erroribus discedere parati erant, è quorum numero unus postea ecclesiæ minister factus est. His verò ita convictis, tranquillior postea ab Anabaptistico furore ecclesia fuit.

Cum Pontificiis autem, qui tum summum *D. Virginis* templum, cum aliis potioribus, pleraque etiam monasteria adhuc obtinebant, acrius illi certamen, & *ἄσπορον* bellum fuit. Licet enim hos omnes, quotquot ibi erant, ecclesiæ ministri unanimiter impugnarent ipsius tamen præ cæteris, vel hostium testimonio, potissima acrimonia erat. unde & adversariorum cum primis objectus erat odio & insultibus, donec tandem effecit ut Senatus populusque Augustanus, anno *millesimo, quingentesimo, trigesimo quarto*, die *Magdalena* sacro, Pontificiam concionem in universum abrogaret, unà cum missis & idolis, in iis locis, ubi Senatus vigere autoritas putata est, relictis octo tantum templis Pontificiæ superstitioni, sic tamen ut à concionibus abstinerent: quæ & ipsa postea anno *millesimo quingentesimo trigesimo septimo*, die *decimo septimo* Januarii decreto majoris Senatus, urbe expulsi sacrificulis & monachis, ab omni sunt idololatriæ cultu purgata, & Evangelicæ doctrinæ consecrata. Tum illi eodem anno parochia majoris templi quod *D. Virgini* nuncupatum est, demandata fuit, in qua primam concionum habuit *decimo quinto* Julii, postremam verò *trigesimo primo* Julii, anno Christi *millesimo quingentesimo quadragesimo septimo*, ut post dicitur.

Porro in hac statione illi non solum honores; sed & studia privata & labores publici creverunt. Nam ut de privatis studiis primum dicamus, ad priorem doctrinam cognitio Græcæ linguæ accessit, cui eo tempore primum operam dedit, primus ejus rudimentis imbutus à viro doctissimo *M. Xysto Betuleio*, scholæ Augustanæ primario præceptore. Quantum autem in illa profecerit, testantur opera ab illo in Latinam linguam è Græca conversa: quorum plurima publicè extant, utpote *D. Chrysostomi Commentarii* in epistolas Pauli ad *Romanos*, *Ephesios*, *Philipp.* *Coloss.* & *Thessalonicenses* ambas, quos transtulit anno Christi *millesimo quingentesimo trigesimo sexto*. *Basilii* totum secundum integrum Latine red-

didit, anno *millesimo quingentesimo quadragesimo*, cum scholiis ejusdem in totum *Psalterium*; *Cyrilli epistolas* triginta novem: *Homilias* novem, *Apologiam* ad *Theodosium* Imperatorem, & Declarationem duodecimam *Anathematismorum*, quos posuit concilium *Ephesinum*; epistolas etiam *Synodales* quadraginta duas, & dogmata *Nestorii*: quæ *Cyrillus* impugnavit, quæ omnia *Basileæ* impressa. Ex *Athanasii* monumentis convertit *Synopsin* sacrae scripturæ, *Veteris* & *Novi* instrumenti: *Quæstiones* etiam *Veteris* *Novi* Testamenti numero 140. Libellum de *finibus*, & *Synopsin* *Theodori* Episcopi Tyri. Ex *Historiis Ecclesiasticis* decem libros *Eusebii* de rebus Ecclesiasticis, quinque libros ejusdem de *vita Constantini*: *Socratis* Ecclesiasticæ historiae libros septem: *Sozomeni* libros novem, *Theodori* lectoris libros duos. *Evagri* monachi libros sex. Et in historiis profanis, quinque libris *Polybii*, qui jam ante extabant, duodecim *epitomas* adjecit. Hæc ille omnia non sine multis vigiliis è Græcis Latina fecit, ut vix alium esse putem, qui ante ipsum in Græcis autoribus interpretandis plus studii operaque posuisset, id quod eò majorem admirationem meretur, quòd & in hac tanta ætate (erat enim jam quadragenarius) & hac statione laborum & curarum plena, Græcas literas primum addiscere cœpit. Addam, quod eodem tempore *Arabicis* etiam literas, absque ullo præceptore, qui vel literam illi demonstraret, summo ingenio ac studio indagavit ac perdidit. Nactus enim à viro optimo *Bonifacio Lycosthene*, symmista suo, quinque linguarum *Psalterium*, quod non *Psalms* solum; sed & singulos versus sibi mutuo habebat oppositos; in illo passim nomina propria, quæ in omnibus linguis eadem, sibi que similia manent, perquisivit, & ex illis integrum alphabetum collegit, eaque ratione *Arabicis* literas legere cœpit, & postea etiam intelligere; cum aliis rebus adjutus, tum verò etiam cognitione affinium linguarum *Hebraicæ* & *Chaldaicæ*.

Hæc tum ejus erant privata studia, quibus publici labores longè graviores erant.

Docuit enim in illa ecclesia annis integris *duodecim*, summa cum diligentia & labore, id quod ex *commentariis* illius in *Mattheum*, *Joannem*, & *Psalterium*, quos ex publicis in hos libros enarrationibus conscripsit, satis apparet. Spiritus erat in concionibus ardens, oratio acris & fervida; quæ auditorum animos instar gladii *δυσβαν* penetrabat, movebatque vehementissimè, sive consolaretur infirmos, sive reprehenderet sceleratos ac pertinaces. Erat enim viriorum impugnator planè *παρρησιαστικῆς ἔως ἀπερωπλήπτης*. Methodum observabat exactam, facilem, & verè *διδασκλικήν*: unde & summa cum laude, & admiratione omnium, majore verò cum fructu plurimorum docuit, & bonis omnibus in honore & pretio fuit.

Inter publica negotia recensenda etiam legationes sunt, quas ecclesiæ & Reip. nomine, jussu magistratus suscepit. Quarum prima

Disce
Arabicis
litteras, suo
marce.

Psalte-
rium quin-
quelingua.

Publici
labores
Augusta.

Conciones
Musculi.

Legationes
Musculi.

Synodus
Ienacensis.

Ad eam
Musculus
missus.

Notarius
in colloq.
Ratisb.
Musculus.

Ibidem
concionat.
tar.

Ioann.
Cochl.
Anticoch-
laus.

Donaver-
dens. ev-
angelium
amplaxi.

Carolus
Augustus
venit.

fuit *Ienacum* oppidum Thuringiæ, anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto, mense Maio, quo indicta erat synodus, ad quam Lutherus, & alii Doctores ecclesiarum inferioris & superioris Germaniæ venirent; ut de concordia in negotio cœnæ ineunda inter se tractarent. Ad hunc conventum, cum senatus Augustanus ad concordiam omninò propenderet, missus est ipse & M. *Bonifacius Lycosthenes*, qui profecti, *Ienacum* venerunt decimo tertio Maji, cum plerisque superioris Germaniæ primi nominis Doctores. Cum verò nec Lutherum, nec alium quenquam ex doctoribus ibi invenirent, & decimo septimo Maji à Luthero per literas rogarentur, ut propius accederent, quod sibi ob recentem ægritudinem longius iter tentandum non esset, solventes *Ienaco Wittenbergam* usque perrexerunt. Porro acta illius synodi & capita concordia inita, cum publicè extant, nihil attinet referre. Quibus autem rationibus, cum ipse, tum alii multi boni viri, impulsus sint; ut, cum in hac causa crassam quorundam sententiam minimè amplecterentur, in hanc tamen concordiam consentirent, deque sua, qua hætenus docuerant, perspicuitate non nihil decederent, prudentes viri facilè intelligunt. Nimirum quod persuasum hoc illis esset, facturos se id summo eum ecclesiæ & Reip. bono. Sic enim solum gravem, & malè consultam illam de hac causa controversiam tolli, ecclesiis diu desideratam pacem restitui, & Respub. etiam firmiter conjungi & consociari posse. Postquam verò, rerum eventu edocti, his quasi fucis verborum pertinacioribus non satis fieri, simpliciores verò in errorem abduci, seque apud omnes bonos in suspicionem mutata sententiæ venire cernerent, ad pristinam suam perspicuitatem reversi, & palam quid sentirent, professi sunt.

Post hunc conventum annis sequentibus quadragesimo & quadragesimo primo habita sunt comitia Principum, ac statuum totius Imperii *Wormatia* & *Ratisbona*, in quibus Theologi Protestantium cum Pontificiis de religione conferrent. Ad hos & ipse à Senatu Augustano missus est. Ac in posteriore quidem Ratisbonensi colloquio, Notarius cum aliis quibusdam delectus, & à Cæsare confirmatus, acta illius colloquii inter *Philippum Melancthonem* & *Ioannem Eccium* habiti conscripsit. In his etiam comitiis cal. Junii conciones duas de *Missâ Papistica* habuit, quæ postea *Wittenbergæ* in lucem editæ sunt, & *Augusta* recusæ, cum additione de *externis Missâ abusibus*. Has postea anno quadragesimo quarto edito libro impugnavit *Ioannes Cochlaus*, in defensionem Papistici sacerdotii, cui ipse *Anticochlaus*, Latine & Germanicè scriptum opposuit. Anno autem Christi millesimo quingentesimo quadragesimo quarto *Donaverdenses* Evangelicam doctrinam amplexi, petiverunt ab Augustanis: ut & aliquem ex suis Theologis ad se mitterent, qui Ecclesiam apud ipsos constitueret, & prima sanæ doctrinæ fundamenta poneret. Id tum officii, communi Senatus & collega-

rum suffragio *Musculo* demandatum fuit. Profectus itaque *Donaverdam*, primam ibi concionem Evangelicam habuit vicefimo octavo Decembris, & postea quadrante anni quotidie ibi docuit; reversus Augustam vicefimo quinto Martii, anni quadragesimi quinti. Scripsit tum in usum scholæ *Werdentis Catechismus Latinum*, qui publicè extat impressus *Augustæ* anno eodem quadragesimo quinto.

Et hæc sunt ferè, quæ in ecclesia *Augustana* gessit, usque ad annum Christi quadragesimum septimum: quo Imperator *Carolus*, post confectum infaustum illud *Smalcaldicum bellum*, ad Cal. Septembris *Augustæ* conventum Principum ac Ordinum Imperii indixerat, eoque ipse cum *Ferdinando*, fratre, Romanorum Rege, & plerisque totius Imperii Electoribus, Principibus, Cardinalibus & Episcopis venerat. Post cujus ingressum in urbem, ad eum illi fuit Cal. Augusti templum primum *D. Virginis*, in quo hætenus *Musculus* docuerat, & Cæsari redditum. Quo factò licet jam suo templo careret; à prædicandi tamen munere non destitit, sed in eo strenuè perrexit, toto illo tempore, quo Senatus populusque Augustanus professionem Evangelii constanter retinuit; nec de sua in docendo parthesia quicquam remisit: quod quanto suo cum periculo fecerit, agnoscunt prudentes. Innotuerat ex concionibus Cæsari, Regi, Cardinalibus & Episcopis, nec non subordinati erant *Corycæi*, qui in ipsum animadvertabant, & vel apud Cæsarem vel Regem accusabant, tanquam maledicum, & qui plebem in clerum incitaret. Ex quibus facile primus fuit, *Michael Sidonius* Archiepiscopus *Moguntini* Vicarius Episcopus, qui ipsius conciones frequentè non audiebat solum; sed & calamo excipiebat, unde sæpe ab amicis admonebatur: ut sibi temperaret, ne in periculum incurreret. Senatus quoque Augustanus, cum videret illum non in nullo periculo versari, tres illi viros in custodiam corporis decrevit, qui illum quoties habenda esset concio, ad suggestum usque deducerent; ibique operirentur, & dimissa concione domum reducerent. Ad hæc tumultus sæpè equites & stabularii Cardinalis Augustani, ante illius aedes commoverant; ignominiosè ipsum, & cum ludibrio è domo provocantes, & lapidibus fenestrarum specularia perfringentes. Omitimus etiam Hispanorum, monachorum, & sacrificialorum invidias, calumnias, & cachinnos: quæ omnia infractò animo tulit, & in finem usque perferre decreverat, mortis quoque extremum periculum subire; modò Augustani bonam Evangelii causam non desererent, hancque suam mentem Senatui, Augustano palam significarat.

Postquam verò anno sequente Imperator *Carolus* decretum & librum de religione conscriptum, *Interim* vulgò dictum, promulgasset, eumque ab omnibus totius Imperii Ordinibus & civitatibus ratum haberi vellet: Augustani verò, sicut & alii, in eo non solum timide agerent; sed urgente Imperatore, decre-

Ad istum
Musculum

Carolus
Augustus
venit.

Musculus
confessus

Michael
Sidonius
Corycæus

Periculum
Augusti

Interim
Augusti
non verò
pium.

cretum illud, ut paci & tranquillitati suæ con-
sulerent, majoris Senatus consulto recipe-
rent: tum ipse, ut qui librum minimè om-
nium approbaret, suamque de illo sententiam
exhibito scripto, ac publicè pro concionibus
explicarat, eoque periculum suum facilè in-
telligeret, ea ipse die, quæ *vigesima sexta* erat
Junii, ex urbe sub vesperam discedit, id quod
Senatui antea facturum se prædixerat, si fal-
sam illam doctrinam reciperent. Prius tamen
quàm discederet, consulem accessit, ei-
que consilium, & horam abitus sui patefecit;
ut si quid amplius senatus cum ipso agere ve-
lit, id commodè interea possit. Cum verò
à nemine requireretur, sumpta cœna, uno so-
lum cive comitatus ex urbe discedit, relicta
ibi uxore & octo liberis. Sic itaque abiit
Augusta, cum annis ibi docuisset *octodecim*,
toti civitati bonisque omnibus gravi sui deli-
derio relicto. Arbitror autem ex his con-
spicuum esse, ipsum *non nutantibus*, ut *Sleida-
nus* scribit, *rebus*; sed penitus prolapsis, cum
nulla amplius spes retinendæ sanæ doctrinæ
superesset, migrasse. Extra urbem constitu-
tutus, vestes primum, ut minùs agnosceretur,
apud amicum quendam mutavit.

Postea consensu curru, aliquot ea nocte
milliaribus confectis, rectâ *Lindaviam* pe-
tiit, inde *Constantiam*, & postea *Tigurum*
venit; ibique aliquot diebus apud *D. Hen-
ricum Bullingerum* commoratus; *Basileam* il-
line ad *Ioannem Hervagium* profectus est.
Uxor verò cum liberis decimo septimo Julii
eum sequuta est, incerta ubi ipsum terrarum
inventura esset, nisi quod *Basileam*, ut iussu e-
rat, sequi ipsum constituerat. Ubi verò *Con-
stantiam* venit, missis *Basileam* per amicum
litteris, de suo ipsum adventu certiorum fecit:
quo cognito, *Constantiam* & ipse celeriter re-
diit *trigesima prima Julii*, ibique uxorem cum
liberis reperit. Cum eò venisset, sequente
Dominica, quæ quinta erat Augusti, binas ad
ecclesiam conciones habuit, matutinam & ves-
pertinam, tractans locum *Joan. sexto*: *Ex
eo tempore multi discipulorum ejus desciverunt,
eo relicto, nec amplius cum ipso ambulabant.*
*Dixit ergo Iesus ad duodecim: Num & vos
vultis abire? Respondit ei Simon Petrus: Do-
mine, ad quem ibimus? Tu verba vite aeternae
habes, & nos credimus & cognovimus, quod tu
es Christus, filius Dei vivi.* Ex his verbis pri-
mum docebat, quam graviter peccarint ur-
bes, quæ in gratiam hominum à Christi Ev-
angelio turpiter desciverant. Deinde hor-
tabatur *Constantientes*, ne harum exemplum
sequantur: sed Apostolorum vestigiis insi-
stentes, Christo Filio Dei constanter adhæ-
reant, qui solus verba vitæ aeternæ habeat.
Fuit hæc, ni fallor, postrema Evangelica
conciò, quæ quidem tranquillo Reipub. sta-
tu *Constantiæ* habita est. Postera enim die,
quæ erat sexta Augusti, summo mane, *Hispa-
ni milites Duce Alfonso Vire*, urbem invase-
runt, & oppugnarunt, ex qua urbis calamitate,

quantum ipsi ad pristinos dolores accesserit,
quis non intelligit?

In ipsa vero urbis oppugnatione, suadenti-
bus amicis, inprimis verò *Ambrosio Blaurero*,
ejus ecclesiæ ministro primario, in vicinam
Helvetiam, ad quam solam in illo tumultu ex
urbe patebat exitus, cum uxore & liberis se-
se contulit, ea die *Cellam* Episcopi usque,
non sine magna difficultate profectus.

Ubi cum triduum conquievisset, *D. Jo-
achimus Vadianus*, Consul *Sangallensis*, vir
undequaque doctissimus, datis per *Valentinum
Formullerum* ecclesiæ ministrum literis, *San-
gallum* ipsum vocat, & hospitium ei, totius
senatus nomine, perbenignè offert.

Eo igitur cum uxore & liberis delatus deci-
mo Augusti, acceptus à *Sangallensibus* perhu-
maniter est, & binas sequente Dominica,
quæ duodecima erat Augusti, conciones ibi
habuit. Eadem ipsa verò die, uxor ejus par-
tim molestiis peregrinationis, & laboribus de-
bilitata, partim verò terroribus *Constantien-
sis* oppugnationis concussa, gravissimè decum-
bere cœpit, adeò ut de ejus vita medici de-
sperarent. Sequimensem igitur *Sangalli* com-
moratus, cum illa utcumque Dei beneficio
convaluisset, *Tigurum* familiam transtulit vi-
cesimo septimo *Septembris*: ibique cum ei
atque familiæ *Tigurini* hospitium præbuis-
sent, consedit, & sex mensibus, priusquam
commoda ei vocatio aliqua offerretur, habita-
vit. Quaquam enim dum illic moraretur
Thomas Crammerus Archiepiscopus *Cantua-
rientis*, in *Angliam* ipsum vocaret: tamen
quod profectio hæc ei ob senium, & uxoris
infirmam valetudinem, liberos quoque, quos
habebat parvulos, non solum molesta, sed &
periculosa videretur futura, vocationem mo-
destè recusavit.

Anno verò sequente, cum *Bernenses* idoneo
Theologo destituerentur, qui sacras literas, in
ipsorum schola profiteretur, vocatus tum à se-
natu ipse ad illam professionem fuit. Quæ
vocatio cum ei esset gratissima, tum ob ecclesiæ
& Reipub. præstantiam, tum ob veterem ami-
cum *D. Joannem Hallerum*, ejus Ecclesiæ pri-
mi nominis ministrum, grato illam animo ac-
ceptavit, ac cum suis omnibus quinto *Idus A-
prilis Bernam* sese contulit, exceptus à senatu,
ecclesiæ ministris, & scholæ professoribus li-
beraliter ac perhumaniter. Professionem ve-
rò suam ibi auspiciatus est *vicésimo quinto
Aprilis anni millesimi quingentesimi quadrag-
esimi noni*. In hujus muneris functione ver-
satus est annis *quatuordecim*, magna cum lau-
de, & fructu non scholæ solum, sed & univer-
sæ Christi ecclesiæ. Etenim ut taceamus, quæ
privatim pro officii sui ratione egit, partim
cum piis & orthodoxis hominibus per *Ger-
maniam, Galliam, Angliam, Poloniam*, & alias
regiones: partim etiam cum hæreticis, quorum
aliquos ad palmodiam adegit, & ex iis cum pri-
mis *Matth. Grybaldum*: vel sola scripta, quæ in
hac professione edidit plurima, perpetuò tes-
tabuntur, quantum Ecclesiæ Dei profuerit.

Etenim

Vocatur S.
Gallum.

Quò venit

Migrat Ti-
gurum.

In Angliâ
evocatur.

Abnuat.

Vocatur
Bernam.

Facit ini-
tium ibi
docendi.

Matth.
Grybaldus

Lectiones
Musculi
Bernæ.

Etenim exorsus prælectiones suas à Psalmo Davidis centesimo quarto, cum priores Augustæ enarrasset, tandem *commentarios* amplissimos in totum Psalterium absolvit & edidit, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo. Post Psalmos, explicationem *Geneseos* aggressus est, eamque ad finem perduxit, & publicavit anno quinquagesimo quarto. Genesi subjunxit *Esaia Prophetæ* enarrationem, quam justo volumine conscriptam divulgavit anno quinquagesimo septimo. Post hæc epistolas Pauli illustrare cepit: ac primò quidem anno quinquagesimo quinto *commentarios* in epistolam ad Romanos in lucem edidit, quos quidem Augustæ conscriptos sibi hæctenus servarat. Deinde verò anno undeseagesimo in ambas ad Corinthios commentatus est, quarum enarrationem post *Esaia* susceperat. Has subsequuta sunt epistolæ ad Galatas & Ephesios, justis commentariis illustratæ anno sexagesimo primo. Et postremò lucubrationes in epistolas ad Philipp. Coloss. & Thessal. ambas, partem etiam prioris ad Timotheum, cui immortuus est; quas post ejus obitum in lucem heredese miserunt. Penè hic præterieramus, quod in primis commemorasse oportebat, *Locorum communium* opus plane divinum, quod juxta alias suas, jam enarratas, lucubrationes toto decennio elaboravit, & tandem anno sexagesimo edidit. Hæc tanta volumina propriis manibus, sine ullius amanuentis opera, ab ipso conscripta, quantis laboribus & vigiliis ipsi constiterint, quantamque hodie Ecclesiæ Dei utilitatem ferant; pii & eruditi judicabant. Relinquimus nunc minora illa, quæ partim in gratiam amicorum, partim verò etiam ad publicam utilitatem edidit. Utpote anno quadragesimo nono Dialogos quatuor, Proscæri titulo inscriptos, quibus hoc argumentum tractat: *An liceat Christiano Evangelicam veritatem agnoscanti, bona conscientia Papistis, vel aliis quibuscumque illicitis sacris externa societate communicare.* Item, quatenus vis injustè illata homini Christiano patienter ferenda sit; scriptum Germanicè. Refutationem etiam impuri Catechismi Augustani Catechistæ, itidem Germanicè scriptam, & Bernæ editam anno quinquagesimo primo: Et Dialogos quosdam Germanicos, de Concilio Tridentino: Item explicationem Decalogi anno quinquagesimo tertio, quam tamen postea Locis suis communibus inseruit. Hæc sunt, quæ in hoc suo munere non sine magno posteritatis emolumento elaboravit: quæque eò majorem apud posteros gratiam invenient, & utilitatem ferent, quod non solum methodo perspicua & facili, sed & summa sunt modestia & sobrietate scripta. Natura enim à contentionibus semper abhorruit, neque sese digladiationibus immiscuit, ubi verò in controversis articulis ab aliis fortè dissentit, sine aliorum id injuria & contemptu facit. Unde & scripta illius à nullo unquam ipso vivo sunt impugnata, excepto uno Cochleæ, cujus supra mentionem fecimus.

Abhorret
à certami-
nibus.

Continuit autem sese intra scholastica professionis limites; neque sermones ad ecclesiam, præter paucos aliquos, petentibus amicis, habuit. Licet enim à Senatu, ecclesiasticum quoque docendi munus offerretur; recusavit id tamen cum propter senium, cum verò etiam peregrinum linguæ idioma. A negotiis verò alienis studio abstinuit; ut suo solum vacaret officio, in quo adeò erat assiduus; ut vix ullam prælectionem sine gravi causa omitteret. Cæterum quam grato erga Bernensem Reipub. & Ecclesiam animo fuerit, quamque eam amarit, vel hoc solum satis ostendit; quòd vocationes omnes, quæ illi hoc tempore contigerunt variæ & splendissimæ, recusavit & defugit. Etenim in Angliam vocatus est ter, præsertim post obitum Martini Buceri, magnis pollicitationibus: Augustani etiam, quos nunquam non amavit plurimum, anno quinquagesimo secundo pristina libertati restituti, inter cæteros Ecclesiæ suæ ministros exules, ipsum cum primis revocarunt. Argentinenses item, quibus se nihil non debere semper agnovit, & præter hos Otho Henricus & Fredericus Palatini, & Landgravius Cattorum Princeps, ad suas ipsum scholas & Ecclesias, opulentissimis promissis stipendiis, multoties evocarunt, quas tamen vocationes omnes, quantumvis honorificas, cum aliis de causis, tum verò hæc potissimum tenuit, quod illi Reipub. quæ ipsum exulem benignè susceperat, ac liberalitet hæctenus foverat, ad vitæ usque finem, grato animo & constanti opera inservire decreverat.

Hæc de externa & publica ejus in schola, & ecclesia Christi conversatione: huic privata & domestica haud fuit dissimilis. Pacem coluit cum omnibus ecclesiæ ministris, & scholæ professores, collegas suos, amavit plurimum, & fratrum loco habuit, unde & ab ipsis redamatus, & patris loco habitus est. Erga uxorem & familiam perbenignus & facilis fuit, ac in domesticis molestiis ferendis patientissimus. Erga pauperes, præsertim peregrinos & exules, beneficus & ferè *φιλόθεος*, usuræ hostis acerrimus, amicorum cultor studiosissimus. Coluit autem amicitias & Principum virorum, & doctissimorum superioris sæculi hominum quibus omnibus & ipse in honore & pretio fuit. Victu usus est simplici & temperantissimo, unde & valitudine fuit integerima & senectute perquam tolerabili. Corpore erecto, facie rubicunda, oculis acutissimis, dentibus ad miraculum usque firmis, manibus denique & pedibus officium suum ad extremum usque probè facientibus. Et quamvis sinistro pede multis annis malè affecto uteretur; multum tamen & libenter animi gratia deambulabat; quæ tamen ejus deambulationes non otiosæ, sed fructuosissimæ erant, & sacris meditationibus dedicatæ, quæ recessus & solitudinem amare plerumque solent.

Expositis præcipuis vitæ ejus actionibus, restat ut mortis quoque historiam paucis subjungamus. Cæperat autem proximo ante obitum

Diligent
Musculi

A dicit
vocatione

Domestica
Musculi
vita.

Prosepe
gratia
ejusdem.

Deambulatio
ejus.

obitum anno tenuiore esse valetudine, cum ob affectam aetatem, & attenuatum infinitis curis & laboribus corpus, tum ab tussim vehementem & inveteratam, quæ illi multo tempore molestissima fuit. Unde & crebriores solito ejus erant eo anno agrotationes, ex quibus licet DEI beneficio, & medicorum opera subinde confirmaretur; ipse tamen mortem sibi instare facile præsentiebat: seque ad illam quotidie parabat magis; animum sepositis aliis curis ad tranquillitatem componens, inque solam mortis meditationem incumbens. Id quod ex his ejus patet versiculis, quos paucis ante obitum mensibus conscripsit:

Nil superest vite, frigus præcordia captat:

Sed tu Christe mihi vita perennis ades.

Quid trepidas anima? ad sedes abitura quietis,

En tibi ductor adest Angelus ille tuus.

Linque domum hanc miseram, nunc in sua fata ruentem,

Quam tibi fida Dei dextera restituet.

Peccasti? scio: sed Christus credentibus in se

Peccata expurgat sanguine cuncta suo.

Horribilis mors est? fateor: sed proxima vita est,

Ad quam te Christi gratia certa vocat.

Præsto est de Satana, peccato & morte triumphans

Christus: ad hunc igitur læta alacrisque migra.

Cæterum *vicesima secunda* Augusti, quæ dies erat Dominica, cum manè nullam corporis infirmitatem sensisset, & audiendæ concionis gratia ad templum accessisset, in ipso templo febris ipsum cum horrore invasit. Domum igitur dimissa ecclesia reversus, ac toto corpore horrescens, ad mensam quidem ut pranderet confedit: & parum de juscule sibi apposito sorbillavit; statim tamen, quod omnem cibum fastidiret, & febrilis horror augeteretur, de mensa in lectulum, quem in Museo suo paratum habebat, abductus, nec unquam postea ex Museo egressus est. In lectum autem collocatus, & stragulis, ut calefieret, quam optimè contactus, frigus tandem febrile, in ardentissimum æstum desuit; quo postea usque ad vitæ finem, quasi continua & irremissa febre conflictatus est. Postera autem die cum medicum accersisset, de illius consilio sanguinis missione usus est. Et cum febre conjuncta esset *λευκτερία*, ac ingens stomachi imbecillitas, paratum illi à medico Epithema, & data potiuncula est, quam tamen continere non potuit. Augebantur verò supra modum catarrhi, & tussis illi permolesta erat. Quare cum morbus invalesceret; & ipse sibi vitæ finem imminere sentiret; filios, quos habebat in agro ecclesiarum ministros, accersiri ad se voluit; quibus conspectis ac salutatis, postea non visus est de uxore & liberis quicquam esse sollicitus. Cum verò à Joanne Hallero admoneretur, quoniam intel-

ligeret: quid miser icors Deus cum ipso agere institueret; res suas, si quas vellet, in tempore disponderet: respondit, *se omnino nihil habere quo angatur. Etenim quod doctrinam meam attinet, inquit, sicut scripsi, ita sensi, sentio & sentiam usque in finem: quod uxorem & familiam attinet: eam tibi & reliquis fratribus Symmysus commendo, & oro, ut patres illi & protectores sitis.* Ubi cum Hallerustam suo quam fratrum nomine, omnem ei operam & benevolentiam promississet, gratias egit, nec ullam postea ejus rei mentionem fecit. Defecerunt autem in illo post paucos dies omnes corporis vires; aded ut suaviter se se virtute lecto erigere non posset: sed aliorum opera & ministerio allevandus esset, hac de causa cum lectulus, in quo hætenus decubuerat, ex alterâ parte parieti esset contiguus; eoque ejusmodi ministeriis incommodus: paratus illi in Museo alius fuit, & ita collocatus; ut utrinque ad ipsum pateret accessus; in quo postea Spiritum DEO patri reddidit.

Fuit autem, ut in universa vita, ita etiam in gravi & lethali suo morbo patientissimus. Ac licet ad ejus agrotationem istud insuper malum accessisset, quod non solum filius Joann. Fridericus jam pridem decumberet; sed & conjux, cujus ministerio & cura si unquam hætenus, tum potissimum opus habebat, quæque ejus in hoc morbo maximum solamen fuerat, quinta post ipsum die, mœrore & vigiliis confecta, in gravissimum morbum inciderat; ita ut etiam de vita ejus desperaretur: his tamen ipse aded non est turbatus, vel saltem alicujus perturbationis significationem dedit: ac si ad ipsum omnino non attineret. Visitabatur autem singulis diebus ab amicis frequenter, & præ cæteris frequentiores illi die noctuque aderant, scholæ Professores & Ecclesiæ Ministri omnes. Quicumque verò illi aderant, loquebatur parum, nisi interrogatus, eò quod ob defluxiones vehementes difficulter respiraret, & non nisi cum molestia loqueretur; idque voce aded submissa; ut vix posset ab adstantibus intelligi. Quæ verò dicebat, plena erant *Colloquia* *ejus in morbo.* lenis gravitatis, prudentiæ & pietatis: quale erat quod respondit Hallero ejus lectulo assidenti; cum is, miseriæ humanæ ingemiscens, diceret, *Ah quid sumus?* statim subjecit, *sumus:* allusione scilicet vocum appositissima, animoque præsentissimo.

Somnos capiebat perpauca & breves, ac post quos magnæ plerunque sequebantur infirmitates. Ita colluctatus inter spem & metum, donec diem septimam, quæ à medicis habetur *κελευση*, superasset; post quam cum octavo meliuscule haberet, tum quasi superato periculo, de ejus vita spem optimam amici conceperunt. Remiserat enim nonnihil febrilis æstus, neque jam ei defluxiones tantum negotii faceiebant. Et cum paratum ei à filia prandiolum esset, tolli è lectulo & veste sua indui voluit, sicque super le-

Etum confidens pransus est suavius. Caput etiam linteis abstergi, barbam lavari, & capillum, quod esset longior, præcidi voluit. Ad hunc verò modum ornatus, & in lectum repositus, suaviter quiescere & obdormiscere cœpit, primum tamen supinus & palpebris semiapertis, quæ ejus species tristissima & morienti similima erat, omniumque metum & sollicitudinem renovabat & augebat. Postquam verò evigilasset, febris illum denuò gravissimè corripuit, & noctem illam sequentem præ cæteris gravem habuit. Neque enim somni in ea quicquam cœpit; & plus quam unquam antea æstuavit. Noctem itaque illam multis suspiriis, gemitibus, & ad Deum precibus tranlegit, magno desiderio diem exoptans: quâ illucescente, (erat autem Augusti trigesima) paulatim eum vires deficere, pulsus omnis evanescere, extrema membra magis magisque frigescere, respiratio etiam fieri difficilior & concitior, oculi & juguli subsidere, atque omnia in summa talia apparere, quæ mortem propinquam ostenderent.

die 30.
Augusti.

Vocatus itaque ad ipsum fuit D. Joannes Textorius Ecclesiæ Minister; qui ubi ad eum venisset, inter alias consolationes symbolum Apostolicum recitavit: cui ipse; *Fundamentum hoc*, inquit, *Christiana vita semper in corde tenui: Et quanquam graviora patiantur homines, ex illis tamen me eripuit Deus, & erepturus est usque in finem, in gratia Jesu Christi.* His dictis, paulò post elevata manu dixit ad astantes: *Dominus sit vobiscum*, mortem nimirum sibi imminere sentiens illisque postremum valedicens. Interea autem finita erat concio, postquam reliqui ministri ecclesiæ & scholæ Professores, cum vitæ ejus periculum intelligerent, ad ipsum confluerent. Joann. Hallerus autem hortabatur ipsum; ut in fide Jesu Christi, quam hactenus per omnem vitam professus esset, constanter persisteret, simulque ei verba Pauli ad Timotheum acclamabat: *Certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi: quod superest, reposita mihi est justitia corona, quam reddet mihi Dominus in illa die, qui est justus iudex.* Ad hunc ipse, interjecto aliquo temporis spacio dixit: *Absolvamus*, non potest enim animus perturbatus in eadem placiditate semper persistere: interrogante Hallero; *an haberet aliquid quod ipsum perturbaret?* respondit, *nihil prorsus.* Et paulò post: *Libenter*, inquit, *vellem aliquid differere, sed non audior*, interrogantibus quid? respondit, *de gratia Christi.* Filio illacrymanti, & interroganti, *quomodo se haberet?* dixit: *Non debes dubitare de fide patris tui.* Hæc fuit ejus postrema vox. Hallero autem acclamante illud Christi: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*, & interrogante au intelligeret, capite semel annuit. Cum igitur spes nulla vitæ superesset, nec vocem ipse amplius ederet, qui circumstantabant lectum,

In genua procumbentes, DEUM Patrem in Nomine JESU Christi obnixè precati sunt, mortificos ei dolores & angustias benignè abbreviare; & felicem exitum accelerare vellet. Neque pias preces divina clementia aspernata est. Illius enim ita orantibus, ipse placidissimè, animoque ad extremum usque halitum præsentissimo, ac sine omni vehementiore corporis commotione, manibus super pectus complicatis, paulatim deficiente spiritu, animam DEO Patri commendavit, paulò post horam decimam ante meridiem, non sine magna omnium, qui aderant, admiratione, qui ob corporis illius soliditatem, optimamque constitutionem, durioris vitæ extinctionem metuerant. Mortuo clausit oculos Joann. Hallerus. Corpus ad sepulturam delatum est sequenti die horâ secunda, & in publico cimiterio conditum, funere frequentissimo, & maximo bonorum omnium luctu. Epitaphium insculptum est parieti sepulcro imminenti, ejusmodi:

MUSCULUS HIC SITUS EST, DOCTRINA CLARUS ET INGENS:
NOMEN IN ORBE MANET, SPIRITUS ASTRA TENET,

OBIIT IN DOMINO ANNO
CHRISTI 1563. d.3. CAL.
SEPT. ÆTATIS SUÆ 66.

Theodorus Beza ejusmodi Epigramma de ipso scriptum reliquit:

Magnum dicere Musculum pusillum,
Quum sit auribus insolens Latinis:
Magnum hunc dicere Musculum quod assisim,
Quamvis pulvere conditum pusillo,
Si causam rogitas, viator, audi.
Haudquaquam fuit ille mus pusillus,
(Ipsam si lubeat vocare murem)
Illarum ex numero famelicarum,
Qua felis rapidos verentur ungues:
Sed qui ipsos potius catos rapaces,
Quantumvis solitos potentiorum
Ipsis cum dominis domos vorare,
Virus perculit, & suo paventes
Adhuc nomine territat sepultus.
Immò quem tremuit quoque illa rupis
Tarpeia arcibus incubans leana;
Orbis magnanimos vorans Monarchas.
Magnum & dicere Musculum pigebit,
Quamvis pulvere conditum pusillo?

Ex narratione de vita & obitu Wolfgangi Musculi, ab Abrahamo F. conscripta.

ANDREAS GERARDUS
HYPERIUS.

Andream Gerardum Hyperium protulit Hyperis Flandriæ oppidum, die Maji decimo sexto, mox ab horâ sextâ vespertinâ, cum annus Domini numeraretur, millesimus quingentesimus undecimus. Patrem habuit cognominem, clarum apud Hyperas Jurisconsultum: matrem Catharinam Cæis, ex nobiliss. patriciorum Gandavensium familiâ. Hi puerum anno ætatis suæ undecimo, post elementa Grammatices mediocriter percepta, Jacobo Papa illius temporis poetæ non incelebri, erudiendum commendarunt: qui tum Vastinis ad flumen Lisam literas elegantiores non invitâ Pallade docebat.

Hac in scholâ præter Papam, Joannem Sepanum puer audivit, virum, ut tum habebatur, exactè doctum, Græcarumque & Hebraicarum literarum non imperitam. Deinde anno ætatis suæ, decimo tertio, Insulas Flandrorum commigravit: ut cum literis bonis linguam etiam Gallicam addisceret: ubi in scholis docentem Joannem Lacteum audivit; de cujus ore dulcissima instar lactis perfluere dicebatur oratio. Anno sequente Tornacum missus fuit: ubi schola sperabatur aperienda trilinguis: cui Nicolaus Buscoducensis præfectus erat. Sed cum schola instituta aperiretur, mox in patriam est reversus. Cupiebat omnino pater filium hunc, ut bonis literis, ita etiam optimis moribus imbui. Itaque cum cum Lovanium ablegare nollet; quòd juventutem ibi licentia nimia corrumpi judicaret: neque etiam Parisios, ubi ipse parens aliquot annos adolescens vixerat, mittere posset, quod continua inter Carolum V. Imperatorem & Franciscum Gallia regem, bella gererentur: domi ad tempus filium detinuit: ubi in describendis actis, quæ vocant, cum scribis paternis occupabatur. Ac parùm omninò abluat: quin bonarum literarum studiis, in quibus jam mediocriter profecerat, tum valediceret: cum interim pater, quem habebat charissimum, Janii die duodecimo, anno vicesimo quinto, supra millesimum quingentesimum, è vita excedit: qui hoc cumprimis matri moriens mandarât diligentissimè; ut ubi primum bella illa sopita essent, filium Andream ad persequenda studia Lutetiam Parisiorum mitteret.

Factis itaque inter Casarem Carolum & Franciscum regem induciis, Parisios primum venit Hyperius, anno Domini vicesimo octavo, pridie Cal. Augusti. Commendatus per literas fuerat Antonio Helhucio Vastinensi, qui Senator parlamenti tum temporis erat, & Joanni de Campis Curteacensi, Theologiæ Licenciato: illi, ut tempore belli, si opus foret, sumtus suppeditaret necessarios: huic, ut studiorum adolescentis rationem haberet. In hujus igitur ædibus diu primum egit Hyperius, dum præcepta Dialectica in collegio Cal-

viaco audiret. Altero deinde anno postquam Parisios advenerat, familiaritatem cum Joachimo Ringelbergio, homine doctissimo, maximam contraxit, qui in collegio isto Calviaco varia tum temporis breviter & doctè tradebat. Tertio autem anno, alios jam privatim instituere in Dialecticis atque Rhetoricis cœpit: cum interim Physicos ipse audiret Aristotelis libros: ut pro more scholarum cum aliis commilitonibus Magisterii gradum prensaret. Exacto triennio, in patriam rediit: ut & amicos salutaret, & nunquid patrimonii superesset, intelligeret. Unde anno sequente, qui millesimus erat, quingentesimus tricesimus secundus, cum patrimonium adhuc sufficere sibi ad studia diutius persequenda videret; iterum Parisios se contulit, gratioribus jam studiis operam daturus. Cœpit tum primum ad Theologiæ studia animum appellere: cujus facultatis maximè celebria in schola Parisiensi exercitia erant. Theologorum itaque scholas diligenter frequentavit: interdum etiam in decretis lectiones aliquas audivit: ex quibus magis tum Theologi dogmata sua, quàm ex sacris literis probare consueverant. Medicorum præterea scholas animi causa ingrediebatur nonnunquam; quod Medicinæ studio semper quasi natura magnoperè delectaretur. Linguarum interea professores diligenter audiebat, Cleonardum in primis, Joann. Sturmium, Latomum: ac docebat privatim ipse Gallos præcipuè atque Hispanos.

Sed cum maximo tum temporis teneretur lustrandarum aliarum regionum ac provinciarum Gallia, desiderio: cum ut linguam Gallicam disceret exactius, tum ut mores totius illius gentis cognosceret diligentius: singulis annis, Januario maxime, Februario ac Martio mensibus, quibus ferè lectiones publicæ in scholis suspendebantur, aut saltem remissius obabantur: ipse adjunctis sibi fidis comitibus, aliquot literarum studiosis amicis, alias petebat provincias; celebresque invisebat Academias. Atque ita intra triennium, illis, quos dixi, mensibus universam ferè Galliam, magnamque Italia partem, eam videlicet, quæ inter Alpes est & Bononiam, perlustravit. Reversus postea est in patriam, anno millesimo quingentesimo trigesimo quinto, sed mox Lovanium perrexit, quo bibliothecam suam ex Gallia vehendam curarat. Peragravit tum temporis animi causa totam ferè inferiorem Germaniam, Geldriam videlicet, Phrysiam, Trajectum, Holandiam, Scandiam. Hinc anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo, ætatis suæ vicesimo sexto, ad visendam superiorem Germaniam animum adjecit: ut celebriores in ea scholas, atque in his viros doctos videret. Vidit itaque eo anno Coloniam, Marpurgum, Erfordiam, Lipsiam, Wittenbergam. Reversus inde eodem anno in patriam, sub finem mensis Augusti, adductus est amicorum consilio & precibus ut de suscipiendo jam alicubi docendi munere co-

de quo in
vitu Phi-
losophorū.
Alios do-
ces Hyp-
erius.
Rediit in
patriam.

Inde Lu-
cetiam.

Theolo-
giam ag-
greditur.

Audit &
medicos.

Et Cleon-
ardum.
Sturmium
Latomum.

Peregrina-
tur in Gal-
lia.

Et Italia.

Lovanium
petit.
Peragrat
German-
inferior.
Item su-
periorum.

De officio
suscipiendo
solicitat.

gitaret: ut absunto jam in scholis atque peregrinationibus patrimonio, paulò quietius apud suos vivere posset. Ac amici quidem, ipso minimè conscio, *diploma* jam ab Romano pontifice impetrarant; quò ampli quotannis *reditus ex Abbatia* quadam Hyperio concedebantur. Id unum restabat: ut cancellarii Cæsariani *Joannis Charondileti*, Archiepiscopi Panormitani, ea in re assensus accederet.

Sed impediti.

Accusatus Hyperius.

Sed divina sine dubio providentia factum: ut non solum ab eo assensus non impetraretur: sed etiam ab eodem maximum ostenderetur periculum. Accusatus enim apud Panormitanum Hyperius à competitoribus fuerat: quòd in *Germania superiore fuisset*: id quod tum non modò invidiosum doctrinæ purioris odio: verùm etiam periculo plenum habebatur. Cœpit itaque iterum, ne exhausto jam patrimonio, amicis oneri esset, piorum quorundam ac doctorum virorum consilio, ad peregrinationes animum convertere. Ac *Italiam* quidem tum adire cupiebat, quod Galliam atque Germaniam mediocriter jam ante perlustrasset: sed cùm bellis inter Cæsarem & Gallum iterum tum ferverent omnia; ab Italia exclusus, in *Britanniam* navigavit: ubi facilius ab amicis suis certior fieri per literas posset, si qua melior spes in patria affulgeret. Ac ut in aliis nationibus: ita in Britannia quoque eos maximè viros cognoscere studuit; quorum nomina literis erant celebrata. Qua occasione in *Carolum Mantioium*, *Guilhelmi* filium, Baronem incidit: quem *Erasmus Roterodamus* amplissimè in scriptis suis, ac sæpè commendat. Is amicè cum Hyperio multis ac variis de rebus collocutus, cum ingenium ejus perspexisset, oblato liberali stipendio domum suam eum invitavit: ubi *annos quatuor* amplius suavissimè Hyperius cum Montioio vixit in otio literatorio. Anno *millesimo quingentesimo quadragesimo* mense Julio, *Montioii* sumptibus *Academiam Cantabrigensem* invisit. Obtruncatus est eo anno *Thomas Cromelius*, cum quòd *Annæ Clivensis* ducendæ autor fuisset, tum quòd Pontificiis exitium moliri putaretur. Exustus tunc item est, propter purioris religionis professionem, *Robertus Barnus*, cum quibusdam aliis. Quin etiam nonnulli morte mulctati sunt, qui non approbant: ut Rex Angliæ supremum Ecclesiæ Anglicanæ secundum Christum caput diceretur. Promulgata præterea aliqua periculosa adversus peregrinos edicta. Quæ res Hyperium commovit; ut de repetenda Germania cogitaret. Priusquam igitur ex Anglia discederet, *Academiam quoque Oxoniensem* veterem invisit, anni sequentis mense Februario. Inde *Londinum* venit mense Majo: compositisque rebus suis, Montioio, valdè laboranti ut Hyperium apud se retineret, valedixit.

Carol. Mantioium.

Apud eum vivit Hyperius.

Cantabrigiã venit. Th. Crom. Sleid. l. 13. comm.

Robertus Barnus.

Edicta in peregrinos.

Londinum venit.

Inde Antuerpiam.

Itaque ejusdem mensis die duodecimo Antuerpiam appulit: unde se in patriam conferens, aliquot dies apud amicos quieti

dedit. Sed fama Reipublicæ ac scholæ *Argentoratensis*, maximeque nomen *Buceri*, Hyperium ad lustrandam etiam illam superioris Germaniæ partem exciverunt. Itaque *Argentoratum* profecturus, in ipso itinere *Marpurgum* venit, expectans dum sarcinæ ac libraria, per mercatores *Francofurtum* curarentur. Sciebat enim & minoris se apud Catos interea posse vivere, quàm uspiam ad Rheni ripas: & sperabat, facillè se impetraturum ad præstantissimos doctissimosque viros; qui Argentorati docebant, literas commendaticias: idque præsertim ab humanissimo viro *Gerardo Noviomago*, qui & antè Hyperium noverat, & ipse aliquandiu Argentorati vixerat. Hæc occasio reditus Hyperii ad scholam *Marpurgensem* fuit: ad quam die Junii *decimo quinto*, anno *millesimo quingentesimo quadragesimo primo* ætatis suæ exacto jam *trigesimo* pervenit.

Gratissimus Hyperii adventus *Noviomago* accidit: cœpitque is diligenter cum Hyperio agere: uti *Marpurgi* maneret, certamque & professionis & liberalis stipendii spem fecit. Itaque cùm à comitiis *Ratisbonensibus Joannes Ficinus*, Cætorum Principis Cancellarius, vir propter insignem virtutem æternâ memoriâ * dignus, rediisset: egit cum eo *Noviomagus de Hyperio*. Adjebat *Noviomagus*, se à *conventu illo Haganoensi*, anno *quadragesimo*: ad quem à *Principe Hassiæ* missus fuerat semper laborasse ad *versa valetudine*: neque posse eos subire *docendi labores*, quos ante pertulisset. Itaque petere, ut *Hyperius in locum suum substitueretur*, qui, quando ipse per *valetudinem non posset, prælegeret*. Optimum *Noviomagi* consilium non improbat *Ficinus*; verùm continuò ad se vocat *Hyperium*, hortaturque ut *Marpurgi* maneat; & specimen aliquod eruditionis suæ præbeat. Fore enim, ut, si eruditionis suæ specimen præclarum edidisset, stipendium ei pro laboribus constituitur honestum. His adductus rationibus Hyperius remansit. Moritur non ita multò post *Noviomagus decimo die* Januarii, anni sequentis, cui mox professorum autoritate successit *Hyperius*: atque, quas ante *Noviomagus* explicare consueverat *Epistolas*, *D. Pauli*, eas ipse quoque enarrare cœpit.

Cumque ultra biennium cælebs in illo profitendi munere versatus esset: animum ad matrimonium adjecit: quod non putaret se commodè sine uxore, maxime cum non ita firmâ valetudine esset, vitam transigere posse. Duxit ergo anno *millesimo quingentesimo quadragesimo quarto*, Februar. die *vigesimo septimo*, uxorem *Catharinam Orthiam*, *Ludovici Orthii* quondam *Quæstoris Marpurgensis* filiam: quam viduam *Joannes Happelium*, honestus civis, cum duobus liberis reliquerat. Ex hac uxore, quam charissimam semper habuit, filios sex, filias quatuor, susce-

Petitio
generali
Marpurgi
substitu.

Gerardo
Noviomago
gno.

Ab eo
Hyperio
vitalium.

Joan. Ficin.

* De eo in
ICR. Ger.

manic.

Cum eo
git Novio-

magus de
Hyperio
inveni.

de
l. 3.

Novio-

magus

Hyperius

Succedit
Novio-

magus
Hyperius

Hyperius

Duxit
rem.

Duxit
rem.

Hyperius

Hyperius

Hyperius

suscepit: ex quibus duo filii, filix tres superstites manserunt.

In docendi munere tanta fide, tanta diligentia, tantoque cum fervore promovendorum sacrorum studiorum, versatus est, ipsos viginti duos annos: ut præter labores sibi injunctos, etiam horas sæpè succisivas sumserit, quibus aliquid extra ordinem doceret. Exercitia disputationum atque declamationum diligenter urisit, quibus ut ipse aliquot annos solus semper magno cum labore præfuit, ita post cum cæteri quoque collegæ ordine præfiderent, ipse libenter interfuit. Concionandi verò in schola rationem magno cum labore, & molestia instituit. Præscripsit ipse locos, quos tractandos maximè putaret, emendavit conciones à studiosis conscriptas, priusquam recitarentur, audivit etiam concionaturos, antequam in publicum prodirent, ut si quid vel in voce, vel in gestibus desideraretur, id quoque corrigeret. Collaudavit eos, qui rectè sese in hisce exercitiis gessissent: contra objurgavit, extimulavitque ad diligentiam negligentiores atque socordes. His exercitiorum generibus, adjecit præter *examen Theologicum*, quod semel ferè intra biennium instituit, etiam *consultationis Theologica* quandam rationem; ubi quæstione aliqua proposita vel de doctrina, vel de ritibus atque negotiis Ecclesiasticis, singulos iussit ordine sententias suas integra oratione proponere: ut ita variis in utramque partem dictis sententiis, ex multis quid verum esset, quid falsum, quid pro causa faceret, quid contra causam afferri posset, animadverteretur. Quos ille omnes labores ita sponte suscepit, ut nullo etiam præmio laborum proposito, diligentissimè tamen eos persequeretur. Omittimus hic studia privata, de quibus verè affirmari potest: *nunquam * illum domi solum fuisse, quin scriberet aliquid, vel legeret, vel meditaretur, usque adeò: ut etiam enervare corporis vires & frangere nimis studiis atque laboribus, videretur. Accessit ad hæc omnia diligentissima de reformandis Ecclesiis mediatio: in qua dies noctesque est versatus. Cupivit ad veteris ecclesiæ exemplum revocare Hassiæ cives, cupivit sublatis multis nugis, quæ adhuc ex Papatu tunc reliquæ, veterum in colenda religione simplicitatem reducere, adeoque collapsam maximo cum Ecclesiarum detrimento disciplinam Ecclesiasticam revocare.*

Cum ita annos viginti duos & menses aliquot, ea quæ diximus ratione in schola Marpurgensi exegisset; ut non erat firmissima valetudine, ita cum aliquot antè hebdomadas continuis catarrhis ac tussi laborasset; ad *vicesimum tertium* Januarii gravius decumbere cœpit. Maximè de doloribus capitis, pectoris, ac laterum conquestus, ut ita nunquam membra æstuarent omnia, ut horrore quodam febrili concuti viderentur. Ac illa quidem tota hebdomade, cum nondum adhuc de vita ipsius desperaretur, multa quidem ille & cum aliis & cum *Wigando Orthio* præsertim, qui frequentior aderat, de re-

*bis schola, de studiis Theologicis, de ecclesiis reformandis est collocutus. Inter alia dixit, collegis esse nonnullos, si convaluisset, maximè illos concionum instituendarum labores partiendos, quos quia solus ipse sustinuisset, amisisse valetudinem sibi videretur. Ad trigésimum verò Januarii, qui Dominicus erat, cum celebrata in sacro cœtu cœna Dominica esset, petiit ad se quoque, pro more veteris Ecclesiæ panis facer & calix afferrentur, de quibus postquam cum familia sua percepisset, gravius jam cum morbo est conflictatus. Atque sequenti tum die cœpit uxori mandare diligenter, quid post mortem suam fieri vellet: atque liberis præcipere, quomodo se & erga Deum & matrem piè, & adversus homines cæteros justè atque honestè gererent. Inter cætera, cum filiulus trimulus ad lectum astaret: *Disce, inquit, mi fili mandata Domini, & ipse enutriet te.* Post multa, cum iis qui officii causa eum invisebant, eo ipso die, ut & sequente, de *fidei sua confessione, deque ejus doctrina*, quam professus esset, constantia disseruit. Ac ipsis quidem calendis Februarii, quibus & expiravit, tota ejus oratio in hoc fuit, ut iis, quos præsentibus videbat, testatum faceret, in ea se doctrinæ ac fidei professione, quam tot annis in schola proposuisset, constantem ad extremum spiritum perseverare. Sub vesperam ejus diei, cum iterum de constantia fidei suæ atque perseverantia nonnulla dixisset, valedicere præsentibus cœpit, ac animam ipsam agere. Agnoscebat tamen adhuc singulos, & interruptis verbis ac morientibus vocibus rogatus respondebat, donec post octavam noctis, cum media ferè nona esset, spiritum Deo reddidit: cum nondum ætatis annum *quingentesimum tertium* explevisset. Elatus est ibidem funere frequenti; & tumulo juxta Geldenhaurii Noviomagi sepulcrum illatus, addito tali epitaphio:*

ANNO DOMINI M. D. LXIV. KAL. FEBRUARII, PIE IN CHRISTO OBIT CLARISSIMUS VIR D. ANDREAS HYPERIUS, THEOLOGÆ DOCTOR AC PROFESSOR IN HAC SCHOLA CELEBERRIMUS.

Annus emortualis Hyperii est hoc et costichio expressus:

FLan'Dria q'VeM gen'Ve, Hassia nostra tegit.

Exstant in eum & virorum doctissimorum elogia epitaphia; è quibus *Theodori Beza* est ejusmodi:

Non Hyperis dedit hoc, Hyperis, tibi patria quondam,

Quod superis potius ducis cognomen ab oris, Nec tibi fors olim tribuit temeraria nomen Andrea: at ipsa suo ornavit se nomine virtus.

Hoc sancti mores, teneris hoc omnis ab annis

Vna probat superum cura caloque sacrata.

A a 3 Et quis

Vititur cœna sacra Hyper.

Disponit domus sua.

Voces ejus ultima.

Moritur.

Epitaphii ejus.

Elogium ejus à Beza.

*Et quis enim melius, quis nam te fortius uno
Tarpeia aggressus depellere rupe Tyrannum?
Certius an quisquam erranti per devia turbe
Commonstravit iter, superas quod ducit ad
arcas?*

*Macte igitur virtute, Hyperii, quem nec fera
totum*

*Mors domuit totum nec servant claustra se-
pulcri:*

*Quin superi meliore fovent jam parte receptum,
Altera dum tumulto qua nunc pars clausa quie-
scit,*

*Exanimisque licet jam cæli ad limen anhelat,
Evigilet felix, & quod tu diceris, illud
Evadas, Hyperii, tum re, tum nomine totus.*

*Nigidii in
eundem
epigram.*

*Petrus item Nigidius senior, in catalogo
Professorum Marpurgensium, tali eum est epi-
grammate profecutus:*

*Hyperium terra flentes mandavimus omnes,
Ab dignum innumeros vivere posse dies!
Fortuna invidit, jussitque abrumpere fila
Atropos: heu quantum sustulit illa virum!
Hic potuit sacros felix exponere libros,
Scripta prophetarum nota fuere satis.
Legebat hic pariter veterum monumenta vi-
rorum:*

*Eloquio clarus, vir pius, atque gravis.
Doctrina præstans, cunctis virtutibus auctus,
Notus & Eois Hesperisque plagis.
Ecquis enim nescit scripta illius, aurea scripta?
Artis & ingenii nobilioris opes?
Hunc legite, ignari sacrorum, sacra professum:
Sincera mentes imbuet ille fide.*

*Requisita
doctoris
quæ.*

Cum autem in doctore requiratur primum eruditio cum experientia singulari conjuncta: deinde facultas docendi, tum fides ac diligentia; denique vita atque morum gravitas & constantia: omnia hæc ut rara ita eximia in Hyperio fuerunt. Principio enim magna in eo fuit linguarum cognitio, major artium liberalium & Philosophia: sacrarum literarum & historiarum Ecclesiasticarum totiusque veteris ecclesiæ maxima. Testati sunt hoc, qui doctorem publicè, qui disputantem summa cum laude, qui familiariter colloquentem cum amicis audierunt, & testes sunt hodieque libri, quos in publicum edidit: qui inter doctissimorum hominum scripta a doctissimis numerantur atque leguntur, de quibus mox dicemus. Sed docendi atque differendi facultas non minor in eodem fuit. Non ille argumenta proposita eludebat, ut multi in more habent, non clamoribus ac vociferationibus rem agebat, unde nihil utilitatis auditores caperent: sed ita apertè ac graviter explicabat omnia; ut fructum indè maximum auditores attentè perceperint. Atque in hac sua tam docendi, quam differendi ratione, tanta semper fuit modèllia, tantaque constantia, ut neque temerè quæstiones otiosas moveret; neque semel susceptam cum judicio docendi rationem immutaret. Quæ de re eo ipse die quo obiit ad Wigandum Orthium & Conradum Mathæum: Ego, inquit, id semper operam dedi in schola: ut doctrinam utilem audi-

*Facultas
item do-
cendi, &
differendi.*

*Vitat qua-
stiones
otiosas.*

toribus proponerem, & vitarem otiosas quæstiones: diligenter cavi, ne ullam darem contentio- num occasionem, eandemque docendi formulam semper retinui, ac dum vixero, retinebo. De diligentia ejus & assiduitate jam ante dictum: quæ profecto tanta fuit, ut humanitè loquendo, vitæ sibi ipse spacium nimis laboribus abbreviarit. In vita & moribus verè fuit *τὸ εὖ γινώσκω*. In victu atque vestitu temperans semper, in conviviis modestus; in colloquiis & conversationibus humanus & æquus. Et quemadmodum immania illa in conviviis hominum pocula, & scurriles in colloquiis nugæ ex animo fuit averfatus, ita moderatis conviviis, jucundisque amicorum confabulationibus libenter nonnunquam interfuit. Ita neque ea quæ turpia essent, probavit, neque ea quæ concedi ad animi recreationem possent, improbavit. Breviter, sic se gessit ubique & adversus omnes, ut non modò doctis hominibus jucundi, sed etiam indoctis suavissimi ejus essent mores. Unde quam charus non solum scholæ, verùm etiam toti civitati fuerit, multæ omnium orationum profusæ in funere ipsius lacrymæ sunt testatæ.

Monumenta igitur ac doctrinæ in usum posteritatis ab ipso elucubrata partim Philosophica sunt partim Theologica. Philosophica sunt hæc: de ratione studii; Dialectica, Rhetorica, Arithmetica quædam; item Geometrica, Cosmographica, Optica, Astronomica, Physica: in Ethica Aristotelis scholia, de studio forum vita & moribus: & si quæ alia affecta.

Theologica sunt ista duabus partibus impressa: de ratione studii Theologici libellus, qui unicus sufficiat ad perficiendum in eo genere doctorem, modò ejus consiliis pareatur: de formandis concionibus, libri duo: de Theologo libri quatuor: de quotidiana lectione & meditatione sacrarum literarum, libri duo: de Catechesi, de publica in pauperes beneficentia, de scholis Ecclesiasticis, de conjugio ministrorum Ecclesiæ, de probatione sui ipsius, de providentia Dei & aliis. Exegemeta in epistolas Paulinas omnes, quorum quædam post obitum à filio Laurentio sunt foras data. Plerisque autem omnibus supremam manum imponere, per occupationes, non potuit.

Affecta reliquit Methodum Theologia, cuius cum ipse sex libros instituisset, vix tres absolvit: feriarum scholasticarum libros duodecim, de ordinanda Ecclesia, libros sex: quæ si & absolvere & eliminare potuisset, ingenium ipsius divinum, eruditio singularis, historiarum cognitio admiranda, & prudentia rara, clarissimè perspicerentur. Veruntamen vel ea quæ typis exscripta exstant, satis virum indicant: adè ut ex ungue, quod ajunt, leonem. Desumpta hæc sunt ex oratione, quam de Hyperii vita & obitu Wigandus Orthius scripsit.

THOMAS GRYNÆVS.

IN oppido Sueviæ *Veringa*, natus est *Thomas Grynaeus* parentibus honestis, circa annum Christi, *millesimum, quingentesimum, duodecimum*. Puer ubi prima literarum rudimenta in patriâ percepit, à patruo *Simone Grynaeo* *Haidelbergam* evocatus necdum ephēbus; ejus ductu ad linguarum & artium studia graviter incubuit, eruditionemque medicrem sibi comparavit.

Anno deinde *undetricesimo* eundem suum patrum, *Basileam* accertitum, ipse comitatus, convictuque ejus domestico usus, privatim discipulis quibusdam patri prælegit, seque ipsum, ut fit, alios docendo docuit. Inde à *Repub. Bernensi* juvenis admodum expetitus, Latinam Græcamque linguam aliis tradidit, alumnosque illius urbis omni genere & literarum & virtutum perpolivit. Exactis autem eo in officio annis *undecim*, cum variâ à Theologis moverentur quæstiones, quibus & ipse implicabatur, homo quietis amans, contentionumque pertæsus, *Basileam* repetiit, studiaque sua in otio privato urfit.

Ibi ergò dum paulisper substitit, inter professores cooptatus, anno *quadragesimo septimo*, supra *sesquimillesimum*, mox de more *Academix* artium liberalium Magister est salutatus. Interea, dum & publicè in scholâ docendo officium facit, & privatim lectioni sacrorum librorum incumbit, atque in pagis vicinis quandoque conciones habet: Deo sic rem gubernante *Carolus* *Badensis* Marchio suæ ditionis ecclesias à Pontificiis erroribus expurgat, missaque profligatâ, Evangelii doctrinam amplectitur ac proficitur.

Cum itaque sub id tempus in superiori Marchionatu, ipsaque præfecturâ *Rætensi*, virum, probitatis atque eruditionis spectatâ, desideraret: qui & verbum Dei eo in loco ipse doceret, & aliorum ministrorum *egregio* *idoneum* ageret, *Grynaeo* huic officium istud desert, pastoremque ad arcem *Rætensem*, unico milliari *Basileâ* distantem designat. Eam vocationem ille secutus, sacram hujusmodi functionem eâ fidei gravitate, modestiâ, obivit, ut gratus charusque suo merito omnibus esset. Verùm octennio necdum elapso, cum *Basileâ* & in omni vicino agrò savissima pestis esset exorta, eadem & *Grynaeus* correptus, atque d. iv. Non. Sextiles extinctus est. Corpus ejus terræ mandatum est *Rætela*, in templo, ubi ipse primus Evangelium docuerat, tali cum monumento addito:

D. O. M. S.

D. THOMAS GRYNÆUS, FIDE AC VITA THEOLOGUS, UT SUPERSTES VIVA VOCE ET EXEMPLO SUO AUDITORES, SIC IN CHRISTO QUIESCENS, SYMBOLIS OBEDIENTIÆ, FIDEI, ET PRUDENTIÆ, POSTEROS IN DOMINO ADMONITOS VOLENS, IN MONUMENTO HOC JUSTORUM

RESURRECTIONEM PRÆSTOLATUR. OBIT ANNO DEI IN CARNE PATEFACTI M. D. LXIV. POSTRID. CAL. SEXTILIS.

Libros, quod sciamus, edidit quidem nullos, sed liberos egregios, filios nempe quatuor, *Theophilum, Simonem, Joannem Jacobum, & Tobiam*; omnes literis eximie excultos, de quibus *Joann. * Jacobus*, S. Theologiæ Doctor, patri in functione ecclesiasticâ successit, vir pietate, virtute & doctrinâ suspiciendus. Itaque hic pater in liberis revixit, vivetque tum spiritu apud Deum, tum memoriâ nominis boni apud homines sempiternâ.

Hoc pretium vitæ, vigilatorumque laborum. Pant. l. 3. Prosopograph. Monumenta Basiliensia.

MARTINVS BORRHAVS, alias CELLARIVS.

Stutgardæ *Martinus Borrhavus*, qui & *Cellarius* dictus, natus est anno *millesimo, quadragesimo, nonagesimo nono*. Primis maturè imbutus literarum rudimentis, *Tubingæ* cum aliis, tum *Joanni Reuchlino* operam aliquandiu dedit.

Habuit etiam usum quendam cum *Melanchthone*: qui ibidem tunc agebat. Postea *Haidelbergæ* doctrinæ & linguarum necessariarum cognitionem ac copiam ita auxit, ut testimonium Philosophicum, magisterii gradum, fuerit consecutus.

Hoc ornatus *Wittembergam* venit, ubi à *Melanchthone* amicè acceptus & tractatus fuit. Cumque ingenio esset minimè hebetè, ac studii diligentia excultus, tradidit ei *Melanchth.* discipulos instituendos in scholâ privatâ, quam habuit frequentem & fructuosam. Ibi ergo cum & *Marcus Sinbnerus* ageret, unus ex primis auctoribus fanaticæ *Anabaptistarum* sectæ; *Cellarium* in suas partes adduxit, cumque amicum, socium, & adiutorem habuit, cum patrocinio *Carolostadæ*, & favore *Melanchthonis* niteretur. Censuerunt isti demolendum statim, quicquid perperam in ecclesiam esset introductum. Inprimis autem ritus in Eucharistiâ peragendâ, & collacatarum in templis imaginum ac simulacrorum amotionem urserunt. Adhæsit sectæ illi diu *Cellarius*: sed cum nec *Lutherum*, nec *Melanchthonem*, nec alios eruditos, applausores inveniret, *Wittembergam* discessit.

Inde ubi in *Borussiam* venit, anno *vicefimo quinto*, jussu Principis in liberam datus cultodiam, multa de doctrinâ illa scripsit. Verùm cum videret labascere partes, & spe se frustrari; mutavit sententiam. Itaque sub annum *trigesimum sextum*, *Basileam* venit, ubi cognita ejus doctrinâ, professoribus Philosophicis adscriptus, *Rhetorica* ex Græcis Latinisque auctoribus, cum applausu auditorum, tradidit.

In Philosophorum ordine ita aliquandiu versatus, non sine doctrinâ vitæ que integritatis laude, divinas literas, quarum interea studium nunquam seposuerat, pro cathedrâ publicâ enarrare est jussus, anno *quadragesimo quarto*.

Filii Thomæ Grynaei

* De quo vide in vita ejus.

© 1564. d. 11. Octob. aet. 65. Patria. Natalis. Audit. Reuchl.

Melanchth. amicus.

Wittembergam venit. Ibi alios docet.

Anabaptistis adhaeret.

In Borussia abijt.

Sententiâ mutat. Basilea docet, Rhetorica.

Hanc

Et Theol Hanc nactus Spartam, Veteris Instrumenti libros θεοπνεύστους, ex ipsis fontibus, quæ optima Theologiæ docendæ ratio, aggressus est interpretari: enarravitque *Mosis Pentateuchum, Josue, Judicum, & Regum libros*, cum aliquot *Prophetis, & Ecclesiastæ* atque *Jobi* libro. Utque publico scholæ testimonio, & aliorum præclaro de se judicio ornatus, majori cum auctoritate faceret, quod faciebat: anno *undequingentesimo*, mense Julio, summa Theologiæ insignia, quæ Doctoralia vocant, passus est sibi conferri.

Docteur
Theol. re-
nunciatur.

Tenuit illum vitæ cursum, donec ad vitam meliorem abiit: quod factum anno *millesimo quingentesimo sexagesimo quarto*, die *undecima* Julii, ætatis ipsius anno *sexagesimo quinto*: quo, cum paulò antè commentarios in *Proverbia Salomonis* absolvisset; ac gravissimâ lue Batilienti in urbe grassante, *septem* circiter hominum *millia* periissent; peste ipse quoque correptus, quarto à decubitu die exspiravit.

Moritur.

Crus. l. 12.
p. 3. c. 10.
annal.
Suev.

Monum.

Sepultus Basileæ est in circuitu templi cathedralis, ejusmodi appposito monumento:

TRINO ET UNI S.
MARTINO BORRHAO STUTGARD.
S. THEOL. PROFESS. EXIMIO, ET
NUNQUAM INTERMORITURIS
IN OMNI LITERARUM GENERE
LUCUBR. CELEBERRIMO,
POST MULTA ET VITÆ ET ERUD.
PRÆCLARA EXEMPLA
MORTE PLACIDISSIMA
HUMANIS EXEMTO,
ANNA SCHMIDIN UXOR TERTIA,
MARITO DESIDERATISS.
S. S. Q. R. MON. F. C.
MILITAVIT ANNIS LXV.
MISSIONEM OBTINUIT
EPIDEMIALEM
ANNO SALUTIS M D LXIII.
AD V. ID. OCTOBR.

Ελπίς ἐ πίσις μέγα χαίρετε, ἢ λιμέν' εὐζορ.
'Ουγενίοισιθεοῖς μὲν ἔρεσιν ἔρωσ.

Epicedium. Paulus Cherlerius, qui præclarorum Basileæ tunc extinctorum virorum, obitus Carminibus dessevit, hoc etiam *Borrbaum* Epicedio est profecutus:

Hic est Borrhaus Pario sub marmore clausus;
Pierides vati quod posuere suo.
Hoc satis esse tibi potuisset, candide lector,
Si tamen hora finit, cetera pauca legas.
Vir fuit iste bonus, similes cui *Turona* tellus
Non multos nostro tempore forsan habet.
Grata DEO fecit: fecit mortalibus apta:
Dum licuit nutu vivere, *Christe*, tuo.
Non etenim carpsit fluitantis mollia vita
Qcra, nec mundi gaudia mente tulit.

Non illum falso pertraxit gloria fuco:
Impia non sanctum cura repressit opus.
Sed potius sacri meditatus mystica verbi,
Egregiâ multos condidit arte libros.
Quos hodie docti passim mirantur in orbe:
O verè tanto pignora digna viro!

Homo fuit statura pusilla; corpore autem robusto & obeso. Quod ad literas, linguæ *Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ* peritissimus; in Theologicis apprimè versatus: judicio præclaro insignis: verum in politicis ingenio simplici, ac minus exercitato. Itaque *ἑμπολιτικῶτερος* negotia illa averfatus, totum sese literis abdidit: atque legendo, commentando, scribendo, olea etiam succisivis horis interdum ex variis, ut vocant, speciebus extrahendo tempus consumsit. In fatali illo religionis motu, cum literarum omnis usus & auctoritas peritura videretur: ipse victus causâ fenestrariorum officio sese addixit. Sed non multò post, cum sua dignitas & existimatio literis restitueretur, ad intermissa reversus est studia, cumque amicis veteribus in gratiam rediit.

Profop-
graph.
Eruditi-

Son-

Fenest-
riam
scit.

Scripta

Scripta, quæ posteritati elucubravit, *Philosophica* partim sunt, partim *Theologica*. *Philosophica* hæc laudantur:

De *consura veri & falsi libri* tres: quibus *Aristotelis Logica* egregiè illustravit.

Annotationes cum primis eruditæ in *Politica Aristotelis*. Extant ejusdem *ἑορχεια Mathematica*, elegantissimis postea figuris *Lutetiæ* ab *Orontio* illustrata.

In Theologicis hæc edidit.

In *Salomonis Ecclesiasten* commentarium, cum præfatione ad *Carolus V.*

In *quinque libros Mosis: Josue, Judicum, Ruth, Samuelis & Regum* commentaria. In *Jesaiam* item, *Jobum & Apocalypsin* commentarios.

Librum de *veteris & novi hominis ortu & natura*: de operibus *DEI*: de ortu, natura, usu atque discrimine *jubileorum*, quos *DEUS* instituit: quidve inter hos & falsos intersit; de usu, quem desperabundi *Francisci Spira* exemplum afferat, cum aliis hujusmodi.

Pantal. lib. 3. Profopograph. Zwingerus in Teatro: Camerarius in vita Melancthonis.

THEODORUS BIBLIANDER.

Theodorum Bibliandrum Helvetia illa protulit, præstantissimorum non armis solum, sed & literis virorum fecunda parens, sub annum *millesimum quingentesimum decimum quartum*. Hic cum ingenio esset omnium capaci, ad literas est adhibitus: in quibus cum se pulchrè darent initia, ad scholas publicas accessit: & juxta linguarum studium totum se *S. Theologiæ* mancipavit. In qua divina adspirante gratia, tantos ipse fecit

o. 1564

d. 26. Nov.

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

Helvetia

progressus; ut illa ætate & loco eruditione, eloquentia & linguarum principum peritia, vix parem habuisset, iudicatum sit.

Tigurum itaque ubi venit: sacrarum literarum professio ipsi est demandata, quam quomodo obierit, res ipsa olim, & scripta etiamnum loquuntur. Id constat, etiam adultos, etiam doctores ipsos, ad eum audiendum studiosè admodum confluisse.

Tandem valde senex, & jam rude donatus, peste populariter grassante *Tiguri* exstinguitur, anno *sexagesimo quarto*, die *vicesimo sexto* Novembris, succedente in officio *Joann. Guilelmo Stuckio*. 57 ann: nat:.

Fuit vir ingenio summus, Theologiæ & multarum linguarum cognitione nobilissimus, humanus, & facundus: unus ex iis, qui *Biblia Tigurina* * magno cum labore ad umbilicum deduxerunt. *Pantaleon* scribit, ante obitum motas ab ipso fuisset quæstiones quasdam novas & insolentes, unde auctoritati aliquid decellerit: sed quales illæ fuerint quæstiones, non addit. Ex nimis studiis ætate declivi, ἀμβλυωπιαν, contraxit. Accidit ergo ut aliquando, cum diluculo surrexisset, hypocauftum ingressus, feli in mensa gesticulanti, ancillam suam esse ratus, faustum fuerit diem precatus: quem felis, ut potuit, resalutavit.

Scriptis plurima, ut verè Bibliander, quorum Nomenclaturam Bibliothecæ suppeditant. *Pantal. l. 3. Profopographia, Thuanus in histor. Zuingerus in Teatro.*

JOANNES MATHESIUS.

Joannes Mathesius Rochlicii, Misniæ oppido, anno salutis *millesimo quingentesimo quarto*, die *vicesimo quarto* Junii; natus est; in familiâ plurium eruditorum ferace. In eâ enim prognati fuerunt *Lucas & Burcardus Mathesii*, fratres; quorum ille, seculo decimo quinto ineunte, Bononiæ in Italiâ Philosophici magisterii gradu ornatus est: hic verò ludum literarium ad *D. Sebaldum* Norinbergæ diu gubernavit, tandem vicarius Bambergæ factus. Latere heic patimur *Melchiorum Mathesium*, Joannis hujus cognatum, consulem olim Rochlicensium: quem & ipsum literis non mediocriter tinctum, & chronici quoque Rochlicensis fuisset auctorem, filiosque duos *Thomam & Balthasarem*, artibus edoctos reliquisset accepimus.

Ad literarum studia à puero Mathesius adhibitus, elementa prima, qualiter tunc tradebantur, maturè percepit, Catecheos quoque capita & didicit ipse, & aliis discenda recitando prævit. In Mediis enim Papatus tenebris, remanserunt tamen in scholis capitula illa religionis Christiana illibata, *Decalogum* dico, *Symbolum Apostolicum*, formulam precandi ab ipso salvatore præscriptam, *Institutionem Baptismi*, *potestatis clavium*, & *Læna*

Dominica: in templis altum de iis silentium. Ipse Mathesius * alicubi fatetur, se, qui inter Pontificios ad andum usque ætatis *vigesimum quintum* egerit, nullam unquam audisse mentionem fieri *Decalogi*, aut *Symboli Apostolici*, aut *precationis Dominicæ* aut *denique Baptismi*. *Quadragesimali* tempore in scholis aliquid propositum fuisset *de confessione auriculari*, & *una*, quam appellant, *Eucharistiæ specie*: remissionis peccatorum per & propter Christi lytron, nil auditum. Deinde nullam se apud Pontificios vidisse vel audisse explicationem *Catecheos*; curiosum alias *legendarum omnium*, & *Brigitte precum* persecutorem, præsertim cum *Monachii* uteretur hospitio cujusdam, qui librariam habuerit copiosissimam.

Cum autem DEUS educere eum vellet ex tenebris Papatus; factum est, ut anno Christi *vicesimo sexto* incideret in Lutheri *librum de bonis operibus*: è cujus lectione prima hausit Christianismi veri initia. Vixit autem tunc in *Bavaria* apud *Sabinam Averinam*: cujus liberos in arce *Odelshausensi* instituit. *Wittembergam*, quam unice eo usque desideraverat, venit anno Christi *millesimo quingentesimo vicesimo nono*, ætatis suæ *vicesimo quinto*, post *Pentecosten*: primamque ex *Luthero* concionem audivit *de Baptismo*; desumptam ex concione *Petri Act. 2.* Usus est itaque *Præceptoribus* imprimis *Luthero*, *Melanchione*, *Joanne Bugenbaggio*, *Iusto Jona*, *Matthæo Aurogallo*, *Vito Winslemio*, *Milichio*, *Crucigero* & aliis: convictu autem primum cujusdam popularis sui *Wolfgangi Joannis*, ubi pro vitæ alimonia septimanâ *quinque* solvit *argenteos*: postea ipsius *Lutheri*: cujus colloquia & sermones super mensam permultos observavit. Dedit autem bonis literis juxta Theologiam ejusmodi operam, ut magistri titulum & insignia Academica sit consecutus.

Wittembergâ evocatus primum munus scholasticum, in *valle Joachimitâ*, cui fato quadam illius viri doctrina & virtus debebatur, postea pastorale & ecclesiasticum, in eadem valle suscepit: atque utroque in officio eâ fide, industriâ, diligentia atque prudentiâ versatus est: ut nominis sui memoriam non solum apud cives suos, sed omnes finitimos reliquerit sempiternam. Pietatem præterea ejus & eruditionem cum eximiâ eloquentiâ conjunctam libri, quos posteritati reliquit, etiamnum loquuntur.

Anno *millesimo quingentesimo sexagesimo quinto* (alii *sexto*) cum mane ase *septimo Octobris*, qui tunc *Dominicus*, concionem de filio viduæ *Nannicæ* à Christo resuscitato, habuisset; & in futura vita quemque piorum suæ matri atque amicis restitutum iri, seque mutuo singulos agnituros docuisset, tribus post concionem horis *ἑσπερινῶν* in *JESU* Christo obdormivit: reuicitationem mortuorum & vitæ æternæ gaudia,

* Conc. 6. de vita Luth. p. 59. De iis silentium in Templis.

Legit Lutheri libr.

Venit Wite

Præceptores ejus ibi.

Vixit convictu Lutheri.

Vocatus in vallem Joachimitâ.

Ultima eius concie.

Obiit.

Obitus.

de quibus trium ante horarum spatium ad auditores pro concione disserterat, cum omnibus electis Dei filiis expectans. Sepultus est eadem in valle Joachimica, ubi annis *triginta* Filio Dei Ecclesiam collegerat; cum Epitaphio, quod ipse dicitur sibi vivens composuisse, tali:

*Securus recubo hic, mundi pertasus iniqui:
Et didici & docui vulnera, Christe, tua.*

Agon.

In agone cum adstantes ei quædam prælegerent solatii causa; ex iis quæ ipse scripserat; *non meam* (inquit ad eos) *explicationem legite, si tunc ita affectus fuisset, ut nunc, aliud scripisset.* Et ut pilæ etiam interdum torrentibus Belial obruantur, addidit; *omnia quæ dicitis aut legitis, cor non tangunt; non sustentant, will nit ins Herge.* Post tamen, Christo juvante, se collegit, picque exspiravit.

Scripta.

Hic vir Theologus de paucis, Theologiam universam, & omnes vitæ *Oeconomicae & Politicæ*, ac *Physicæ* metallorum doctrinæ partes, eloquentissimis in Germanicâ linguâ scriptis illustravit. Inter scripta ipsius eminent, *Sarepta* hoc est expositio omnium locorum scripturæ sacræ; in quibus aliqua rei metallicæ mentio; accessit ei *Chronicon vallis Joachimicæ*: deinde *vita Christi*, hoc est, historia de vita, morte, resurrectione, adscensu in cælos, sessione ad dexteram Dei Patris, extremo iudicio, Domini nostri Jesu Christi. *Vita* item *Lutheri* aliquot concionibus denarrata: *Explicationes Evangeliorum*, & præcipuorum capitum fidei nostræ. Prodierunt & posthuma ejus quædam; de quibus Bibliothecæ consultantur.

Hæc de Mathesio ex ipsiusmet scriptis: chronico Misniae Albini; chronico Saxonie Chytræi aliis.

JOANNES DRACONITES.

Patriam habuit *Joannes Draconites Carlostadium*, Franconia oppidum, sub Episcopatu Herbipolensi. Puer, cum indolem præ se ferret bonam, amicorum suavis in ludum literarium missus est. Inibi feliciter primæ adolescentiæ jactis fundamentis, *Erophordiam* venit: ubi eam literis navavit operam; ut & Philosophiæ fuerit Doctor, quem Magistrum vocamus, renunciatus, & in doctissimorum virorum pervenerit familiaritatem; de quibus nominare possumus *Iustum Menium*, *Euricum Cordum*, *Eobanum Hefsum*, & *Joachimum Camerarium*.

Porrò uberioris comparandæ doctrinæ causa, ad *Erasmum Roterdamum* aliquando excurrit: & propter Hebrææ linguæ studium *Paulum Fagium* sectatus est: quo non solum superiori seculo, sed & multis retrò annis, nemo vixit nostratium, linguarum peritor? id quod & in colloquiis familiaribus, & in disputationibus cum Judæis, & in explicatione Targum, seu paraphrascos librorum Moysi Chaldaicæ, liquidò demonstravit.

Cardinalium itaque linguarum fundamentis perceptis, totum sese sacris dedit; idque tanto cum successu; ut cum *Wuembergam* Academia tunc celeberrimam, venisset; inter initia instaurationis doctrinæ Evangelicæ, Theologiæ Doctor fuerit solenni scholarum more salutatus.

Inde *Marpurgum* exiit, complures ibi annos scripturam sacram explicavit, Principi Cattorum, ut & bonis omnibus, acceptus & gratus. Synodis etiam atque colloquiis, religionis causa institutis, interfuit: ut & anno trigesimo in Augustinis illis comitiis, totâ jam Europa dudum decantatis.

Marpurgo in *Saxoniam* deductus, in præcipuis urbibus litoris Balthici & vicinæ Evangelii præconium fecit: ac *Restochianæ* imprimis scholæ docendo inservivit. Inde *Albertus Borussia Dux*, evocatum ad se Draconitem, in *Sambienfi* ditione Ecclesiis Episcopum præfecit.

È Borussia *Wittembergam* regressus opus Biblicum quintuplex incepit: Origenis, veterum monumentis celebratam operam amulatus, qui Biblia *ἑξαπλά*, ut *Erasmus* legit edidit.

Nactus is erat patronum liberalem & divitem *Ambrosium* quendam, qui quò facilius labor succederet, septem ei adjunxit notarios, totidemque puellas scribendo exercitatas, sibi per horas succedentes. Hos amanuenses omnes *Ambrosius* ille aluit: quemadmodum ipse Origenes epistola ad amicum testatur, quam recitat *Suidas* & cujus meminit *Hieronymus* ad Marcellum, nec non *Eusebius* in historia* ecclesiastica. In hoc Draconites exemplum intuens longo tempore animo agitavit opus Bibliorum quintuplex: quod ut perficeret, posthabito commodo proprio, divitias & splendorem Episcopatus *Sambienfis* reliquit, & in *Wittenbergenfium* scholam, post multorum annorum intervallum hac una de causa rediit. Est autem totum opus sic ab ipso distributum; primo dividit quodlibet capitulum in certos locos, post addit textum Biblicum. Ubi prima linea continet dictiones *Hebraicas*, secunda *Chaldaicas*, tertia *Græcas*, quarta *Latinas*, quinta *Germanicas*. Et hinc *Complutensis editio* ante annos complures *ἑξαπλά* exhibuit Biblia, tamen exempla ejus non extant; & augeri utiliter additione interpretationis vernaculæ nostræ potest. Cæterum in opus illud Biblicum *Archiepiscopus Toletanus* tot aureorum impendit millia: ut sumtibus illis se exhaustisse, & æs alienum contraxisse dicatur; ut ut alias inter opulentissimos Europæ Archiepiscopatus ille habeatur.

Jam ergò ut tota res ordine absolveretur; Saxonie Elector *Augustus*, qua fuit munificentia, sumtus necessarios decreverat, & de ministris, qui autori adjungerentur, mandaverat; cum DEUS & mors conatus optimi & doctissimi viri interceperunt. Nam hæc agitantem morbus occupavit, tandemque destil-

1566.
d. 18. April.
ætat. 70.
ampl.
Carlostadium oppidum.

Erophordiam venit.

Erasmum salutavit.
Sectatur Paulum Fagium.

Wittembergam
ibi Theologia
D. rector
ciatur.

Inde Marpurgum

Interfuit
Synodis

In Saxoniam

Doctorem

In Borussia

Episcopus

Wittembergam

Opus Biblicum

quintuplex

Origenis

Biblia.

* Lib. 6.
c. 17.

Dispositio

operæ

quintuplex

is Bibliorum.

Biblia

Complutensis.

Interceptus.

Liberarius

Electus.

ad id opus.

destillationes capitis, quos catarrhos vocant medici, suffocarunt. Factum id Wittenbergæ anno post exhibitum in carne Messiam millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, die 18. Aprilis, cum annum septuagesimum esset transgressus, sed corpore ita firmo: ut utiles Ecclesiæ & reip. labores perferre potuisset, si Deo sic visum. Sepultus est honorificè Wittenbergæ: ubi in ingressu chori templi parochialis saxo insculptum tale monumentum legitur:

*Qui vatum in foliis Christum & velamine Mosis
Quasiit, Isaciis fontibus ora lavans,
Luce, Draconites, clara jam conspicit ipsum
Pleniùs, è vivo sacraque fonte bibit.*

Placide in Christo obdormivit Joh. Draconites S. Th. D. die XVIII. Aprilis, anno 1566. egressus LXXII. ætatis annum.

Paulus etiam Melissus, Poëta clarus, defunctum tali celebravit Epigrammate:

*Hos cineres, hæc busta fides innoxia servat,
Dulcisque spes & Charitas,
Filia Jovis incliti, sorores.*

*Prima sacras lauri frondes; at proxima palma
Sparsit virentes ramulos,
Atque ultima gemmulas oliva.*

*Salve chare senex! tu nunc cen stellula fulges,
Celfo micans in aethere:
Hoc tui precium laboris esto.*

Georgius item Fabricius, sub lemmate: *studii sanctissimi*, tali Epitaphio ornavit:

*Urna Draconiten tegit hæc doctumq; bonumq;
Laudatumque pia sedulitate senem.
Ille sacros libros, Ebraea, Latina, Pelasga,
Chaldaea, in vulgus scripta daturus erat:
Nondum finito quem linquit vita labore,
Quanta unus studiis facta ruina senex!*

Fuit hic Theologus & eruditionis copia & quatuor linguarum peritia instructissimus, *Hebraea, Chaldaea, Graeca & Latina*. Operis illius quintuplicis specimina quædam edidit, quæ exstant: præter libros alios utiles Ecclesiæ Christi transtulit aliquos sacros V. T. libros ex Hebræo cum scholiis seorsim adjunctis. Edidit commentarios in Prophetas aliquot, & alia tum sacra, tum Philologica: de quibus bibliothecæ, sive indices librorum.

Petrus Nigidius vitæ ejus curriculum & elogium hisce carminibus complexus est:

*Hic draco, per celebris doctrine fama trilinguis,
Salvisici verbi buccina clara fuit.*

*Nutrit hunc juvenem præstans Erphordia
primum,*

*Leucoream cupide transtulit inde scholam.
Amplexus magni solidissima scripta Lutheri,
Dotibus & captus, clare Philippe, tuis.*

*Sincerè docuit divini oracula verbi:
Doctrina recta consona vita fuit.*

*Præsidis verò linguarum adjunctus hic idem,
Sustinuit Psalmos explicuisse sacros.*

*In nostro docuit bis senos impiger annos:
Post alium cepit querere sponte locum.
Rostochium vidit: mox post ea tempora factus
Regis montana portio iusta schola.
Hinc Wittenbergam rediens sua fata subivit:
Ætate in sera floridus ipse senex.*

Ex Tomo VI. scriptorum Wittenbergæ publicè propositorum: vita Eobani Hessi.

WIGANDUS ORTHIUS.

Inter Marpurgum & Francobergam exiguum interjacet oppidum, cui *Wettera* nomen, virorum in omni doctrinarum genere præstantissimorum, feracissimum: quorum è numero & hic *Wigandus Orthius*, honestè ibi familiâ natus, sub annum Christi millesimum quingentesimum trigesimum septimum. Ingenio itaque felici & indole præclarâ cum esset; artium ac linguarum, maximè Hebrææ, fundamenta feliciter Marpurgensi in Academia jecit. Inde ad sanctam Theologiam animum appulit: summosque in sublimi illa scientiâ honoras ac titulos, quod *Ætiopæa* doctorale vocant, facillè impetravit.

Ulus est autem ea in scientiâ præceptore viro doctissimo *Andrea Hyperio*, cujus uxor *Wigandum* cognatione quadam attingebat. Itaque cum ad ejus imitationem sese totum componeret, isque anno *sexagesimo tertio* mortalitatem explestet; *Orthius* in ejus locum surrogatus, & S. Theologia professor in Marpurgensi Academia declaratus est. Nam omnes æquales ingenio & doctrina longè superabat; & sermonis puritate utebatur verè Latina; id quod vel ex funebri oratione, quam memoriæ Hyperii habuit, abundè satis patet.

Immatura morte rebus humanis eximitur, anno Christi, *millesimo quingentesimo sexagesimo sexto*, die *viceimo octavo* Aprilis, ætatis suæ *undetrigesimo*, *Gosfeldia*, ubi & honorificè sepultus. Extat in eum *Petri Nigidii* epigramma sive elogium ejusmodi:

*Orthius occubuit, juvenis florentibus annis:
Frigore ceu sero lilia verna cadunt.
Aptus, qui linguas alios, qui sacra doceret;
Qui nostra ornaret pulpita celsa schola.
Mens erecta fuit: zelus pius, atque voluntas
Qualibet augenda conditione schola.
Hic Ephorus rectè communi præfuit æri:
Inspectorque gregis fidus & acer erat.
Et nisi cessisset fatus juvenilibus annis,
Gymnasiu primus forte futurus erat.*

Pantal. l. 3. Prosopogr. Petrus Nigid. in elencho Professor. Marpurgensium, alii.

JOANNES AGRICOLA.

Patriam nactus est *Joannes Agricola* eandem cum *Martino Luthero*, *Islebiam* nempe comitatus *Mansfeldici* oppidum: unde & cognomen ei ad hæsit. Editus autem perhibetur sub annum Christi *millesimum quadringentesimum nonagesimum secundum*, die

©. 1566.
d. 28. April.
ætatis. 39.
Wettera.

Marpurgi
discit.

Succedit
Hyperio.

Moritur.

Nigidii
in eum
Epigram.

©. 1566.
d. 22. Sept.
ætatis. 47.
Patria A-
gricola
Islebia.

Wittemb. Philosoph. cum Theol. discit.
Wittembergam venit, ad novellum tunc temporis Germaniæ Athenæum: ubi cum philosophicis disciplinâ, quæ ibi florebat ut cum maximè sublime sanctæ Theologiæ studium felici quadam temperaturâ conjunxit.

Ibi ergo dum est; non solum eruditus gratus ob virtutis & eruditionis opinionem fuit: sed etiam jucundus principibus viris; quod non in ultimâ felicitatis parte poëta duxit. Itaque cum anno *vicesimo sexto* supra *millesimum quingentesimum* conventus Principum Spiræ cogeretur: venit eodem cum Saxonie Electore Agricola: ac suo loco causam Evangelii suscepit. Idem anno *trigesimo* in celeberrimis illis Augustæ Vindelicorum celebratis Imperii comitiis præstitit: cumque protestantium Theologis, quorum facile Principes *Melanchthon & Brentius*, confessioni etiamnum eo nomine celebratâ subscripsit: à qua tamen postea, ut nemo non hominum *ζῶν ἐν μέτερον*, in plerisque sese disjunxit.

Anno enim *millesimo quingentesimo trigesimo octavo* secta prodit eorum, qui dicuntur *Antinomi*. Contendebant hi pœnitentiam ex Decalogo non esse docendam, & impugnabant illos, qui docebant, Evangelium prædicandum non esse, nisi primum quassatis atque fractis animis per legem. Ipsi verò stantiebant: quæcunque tandem esset hominis vita, & quantumvis impura: justificari tamen eum, modò crederet Evangelii promissionibus. Atque in his facile primus erat iste *Agricola*: qui à *Luthero* commonefactus privatim, & facta scripturæ collatione rectius institutus, in sententiam ejus accessit: idque publico deinde scripto testatus est errorem confellius. Verum quia nunquam ferè à vero abiit Flacci illud:

Hor. l. 1. Epist. 3.

malè facta Gratia nequicquam coit & rescinditur:

ita & cum in ejus animo resedissent nescio quæ simultatum reliquæ, *Wittemberga* paulo post discessit: & in Marchionatum Brandenburgicum concessit: ac *Berlini* à concionibus fuit. Postea cum anno *quadragesimo octavo* bello Germanico finito, principes religionis causam Cæsari victori commisissent: Cæsar Agricolam, Electori Brandenburgico à sacris, qui ante *duodeviginti* annos pro Saxonica confessione cum *Melanchthone & Brentio* steterat; sed tunc pontificiis sese adjunxerat: *Julio Pflugio* Episcopo Numburgico, & *Michaeli Sidonio* suffraganeo Moguntino id negotii dat: ut doctrinæ ceremoniarum, atque emendationis Ecclesiasticæ formulam conscriberent; quod & ab illis factum. Dicta fuit illa forma *Interim*; cujus rationem alibi explicavimus; ab aliis *Interreligio*, item *Decretum religionis*: à Germanis *Religions-Ordnung* vel *Declaration der Religion*.

Adjungit se Pontificiis.

Tò Ingerim librum curat.

Ac persuasit tunc Agricola suo Principi, *Joachimo* Electori Brandenburgico, qui conciliationi unicè studebat: librum esse moderatè scriptum, atque ob id à protestantibus non admodum repudiandum. Sed eventus & veritas longè diversum docuit. Tantum enim abfuit; ut liber ille sapius etiam ad incudem revocatus, Evangelicis satisfecerit, ut ne ipsis quoque Pontificiis, quorum tamen dogmata ferè omnia approbabat, placuerit. Ut ut ceciderit, auctores certè illius libri liberaliter à *Cæsare & Ferdinando* fratre, donati sunt. Atque *Islebius* quidem donum nescio quod ab utroque, ob navatam in libro eo operam, tulit: *Michael* verò * *Sidonius* Episcopatum Mersburgensem in Saxoniam est consecutus, cujus possessionem certis conditionibus anno *quingentesimo* sibi traditam in *undecimum* usque annum tenuit: qui fuit Christi *sexagesimus primus*, ætatis ipsius *quingentesimus quinquagesimus*. *Julius Pflug* præcedente anno *quadragesimo septimo*, cum à Saxonie duce *J. Friderico* ante sexennium rejectus fuisset, auctoritate *Caroli* victoris in Episcopatum Naoburgi ad Salam fuerat restitutus; quam dicecelin ad exitum usque vitæ postea gubernavit. Hinc jocus illorum, qui dicebant: *chrisma ab eis & oleum Pontificium inter alia defendi; ut ipsi discederent unctiores*. Fertur autem dixisse hic Agricola: *si unctio restitueretur, dona etiam sanationum restitutum iri: seque jam, ex quo Augustæ reversus sit, quatuor ex morte in vitam revocasse*.

Exarsit deinde in Saxoniam, & latè sese diffudit bellum Theologicum, de iis, quæ *Adiaphora* vocantur. Ad hujus igitur compositionem *Islebius*, jussu Principis sui operam suam gnæviter contulit: ac colloquiis Theologorum super eo argumento coactorum sapius interfuit. Verum quid effectum illis congressibus fuerit; exitus declaravit. Nempe id quod *Naso* alicubi:

*Curando fieri quedam majora videmus
 Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.*

Finem Agricola vivendi fecit *Berlini* anno *millesimo quingentesimo sexagesimo sexto*, die *vicesimo secundo* Septembris, cum periodum illam primam à *Mose* vitæ humanæ * præscriptam superasset, *septuaginta quatuor* annos natus. Scripsit *commentaria in Evangelium Luca*: collegit *adagia Germanica* trecenta, & Germanicè explicavit: quæ iterata editione *quadragesimo* amplius auxit. Refutavit explicationem *Psalmi 19*. à *Thoma Muncero* vernaculè editam, & si quæ alia.

Tantum de Agricola ex commentariis Sleidani: Chytræi Saxoniam: Thuani historia: Eberi calendario.

IOANNES FUNCCIUS.

Cum sapius hujus Funccii, chronologi & Theologi sit injecta mentio; ejusque scripta etiamnum à doctorum theatro approbentur, visum est paucis quoque ejus curriculum delineare. Quod dum facimus, profectò sine dolore non facimus, quando vel hinc videbimus; tantum esse diaboli furorem, & naturæ nostræ imbecillitatem ac pravitatem, ut præstantissima etiam ingenia sæpe ambitione & πολυπρηγοσύνη gravissimè errent; & quasi euripis persuasivum falsarum in naufragium & exitium tristissimum abripiantur.

Ioannem itaque Funccium natum perhibet cum aliis Bucholcerus, anno Christi millesimo, quingentesimo, decimo octavo, die vel septimo, vel de aliorum calculo vicesimo quinto Februarii, Werde prope Norinbergam, vel ut Crusius, in suburbio Norinbergensi.

Disciplinis humanioribus à puero deditus, non proletariam sibi comparavit eruditionem. Postea ad sacrarum etiam literarum studium animum convertit: concionibusque habendis est præfectus. In Borussia quidem concionator aulicus factus, Alberto Principi fuit cum Osiandro socero gratus & acceptus. Sed postea ex concionatore factus consiliarius politicus, & munere sibi mandato præpostera ambitione relicto ad civilia munia obeunda se contulit. Habuit autem Princeps in aula sua quendam Paulum Scalichium, qui à Scaligeris Veronenlibus originem repetebat, & cum eruditionis variæ specimen, editis aliquot libris, æmulatione magni illius Joannis Pici, ut doctrina longè inferior, sic moribus longè dispar, dedisset: paulatim se in gratiam Principis nimium creduli, vana doctrinæ & pietatis opinione, insinuavit. Abutens igitur ingenio senis, suavit ei ne Prutenis, utpote ab antiquo Germanis infensis, nimium crederet, & ad cognatos Principes se conferret. Removit itaque Princeps suspectos, & in eorum locum elegit Scalichio acceptos alios, inque his Matthiam Horstium, scurrilitate ferè sola gratum, Steinbachium, Snellium, & hunc Funccium. Sed Scalichius tempestatem prælagiens maturè se, quasi sponsam regiam è Gallia novo Principi impetraturus, subduxit.

Paulò post supervenit gener Alberti Borussici Albertus Princeps Megapolitanus, cujus consilio ac suavis testamentum Dux Borussia, quod fecerat, rescidit: Scalichium Regis jussu tota Borussia exegit, donationes ipsi factas abolevit. Postea instituta totius provinciæ nomine contra Funccium, Horstium Snellium & Steinbachium accusatione, ex vinculis causam dicere jussi, cum Regiis delegatis traditi, & seorsim singuli detinerentur vincti, tandem tanquam publicæ pacis turbatores, & rerum novarum autores, ad mortem damnati sunt. Steinbachio vitæ gratia facta: de Funccio in

Regii montis foro supplicium sumtum die vicesimo octavo Octobris, anno Christi millesimo, quingentesimo, sexagesimo sexto, ætatis quadragesimo octavo.

Crimini Funccio inter alia datum, quod seni Principi, stolidi juxta & perniciosi consilii auctor fuisset: ut quando neminem in Borussia fidum subditum haberet, ad gentiles suos in Germaniam se reciperet. Ante supplicium fertur hoc distichon pronunciasse:

Disce meo exemplo mandato munere fungi:
Et fuge ceu pestem & πολυπρηγοσύνην.

Adeò magnum est, ἀπρηγοσύνην, & Eccles. c. 11. v. 10. audire, quod sapiens scriptum reliquit: Filie ne in multis occupentur actiones tuæ. Nam si multis incubueris: non eris innocens, & si persequaris multa, minimè consequeris, & si aufereris, minimè effugies: Et quæ Apostoli admonitio est, qua vocatione vocatus es, in ea ambula, ac alibi, sis quieti, & agite propria. Et Poëta verè:

Crede mihi, benè qui latuit benè vixit: &
intra
Fortunam debet quisque manere suam.

Idem fatum sequenti anno 67. die vicesima octava Junii Hafniæ mansit Iustum Ionam J.C. Iusti Iona IC. fatum. magni & sancti viri patrisque cognominis filium; cujus hi feruntur ultimi versus:

Quid juvat innumeros scire atque evolvere
casus

Si facienda fugis, si fugienda facis?

Fuit autem hic Funccius, ut Osiandri generita & pravarum ejus opinionum sectator, & defensor. Postea tamen per Megapolensis Ducis ministros meliora edoctus anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo sexto, recantavit, & Principem locum in gratia Principis tenuit, qua dum homo imprudens abutitur, hero suo dedecus & sibi perniciem conflagit. Alioqui vir doctus & opere Chronologico, quod tanquam exactissima ratione putatum, ab eruditis maximè probatur, de Repub. bene meritus. Ferunt tamen ad illam Chronologiam Funccio magna fuisse suppeditata à socero Osiandro subsidia, qui historicus fuit non contemnendus. Scripsit Funccius præterea, vitam, ut Bibliotheca Gesneri confirmat, Viri Theodori, Theologi celeberrimi, Norinbergæ excusam, quam videre nobis utinam contingat! Commentaria itidem in Apocalypsin Joannis, & quam promittit in suis ad Chronologiam commentariis, vitam soceri Andrea Osiandri: verum an lucem hæc omnia viderint, dubitamus. Sed hæc satis de Funccio ex Thuanii hist. Augusta: Chytræi Saxonia, aliis.

AMBROSIVS BLAVERERVVS.

ILLA quæ nobis Ioannem Hussum sustulit Constantia, eadem Ambrosium Blavererum dedit, nobili natum familiâ, anno Christi

Capitis damnatus, cum complicibus.

Crimen ei obiectum.

Eccles. c. 11. v. 10.

Iusti Iona IC. fatum.

Scripta Funccii.

© 1567. die ... atq. 75.

Monasti-
cen profite-
tur Blau-
rerus.
Relinquit
coenobium.

Albersba-
cum coeno-
bium.

Revoca-
tur Blau-
rerus.

Docet Con-
stantia.

Interest di-
sputationi
Bernensi.
Constantia
missa
abrogata.

Venit Au-
gustam.

Conciona-
tur ibi.

Discedit.

Interim
Constanti-
ensibus
obtusum.
Abiit Blau-
rerus.

Patria ubi

Moritur
Blaurerus.

millesimo, quadringentesimo, nonagesimo secundo, die quarto Aprilis. Primum zelo religionis, qui in optimo quoque summus est, ductus; monasticen *Alberspaci* est professus. Deinde lectis Lutheri libris, cum ingenio valeret, alium induit animum, & post multam similitudinem, relicto sodalicio, ad parentes ac propinquos revertit. Collegium autem illud est finibus agri Wirtembergici, quem quidem principatum *Ferdinandus Austriacus* tunc possidebat.

Abbas igitur istius monasterii, per ejus regionis praefectum, interpellat senatum *Constantiensem*: ut *Blaurerum* ad ordinem suum redire cogant. *Blaurerus* contra edito scripto rem omnem actam commemorat: proponitque condiciones, quibus redire vellet, sed tales; ut, eas repudiante Abbate, *Constantia* ille permaneret. Fuit hoc anno *millesimo, quingentesimo, vicesimo tertio*.

Docuit ergo *Constantia* Evangelium, frustra ringentibus *Canonicis*, quibus jam antea frenum a magistratu erat injectum, vetitâ scortatione, aliisque parum honestis contuberniis. Postea anno *vicesimo octavo supra millesimum, quingentesimum*, celebri conventui ac disputationi *Bernensi*, cum *Zwinglio, Oecolampadio, Bucero, Capitone* & aliis compluribus interfuit, post cujus exitum, uti *Bernæ* alibique ita & *Constantia*, jubente magistratu, missæ, aræ, statuæ, cum aliis idololatricis aut superstitionis cultibus, abolitæ everseque sunt.

Anno *undequadragesimo* *Augustam* *Constantiâ* venit, religionis conformandæ causa, auctore *Conrado Stierlino* plebejo ecclesiæ præposito. Conciones ibi in templo *Mauriciano* *Blaurerus* habuit vehementes, contra luxum mundi muliebris & vestitus, & pro excommunicatione introducenda. Verum *Wolfgangi Rechlingeri* consulis tunc jussu, præter expectationem discessit. Senatus tamen, *Blaureri* monitu, præter foundationem antea à *Langenmantelio* factam, quatuor in super studiis pauperibus stipendia decrevit. Ejusdem *Blaureri* hortatu duo *Augustæ* gazophylacia, in stipem advenis & scholasticis tenuioribus erogandam à Senatu sunt constituta. Ita curæ ipsi & doctrina & vita Christiana fuit.

Inde constantis & fidelis pastoris munere in patria sua functus est, ad ea usque tempora, quibus decretum *Caroli V.* de *Interim* toties laudato, ab omnibus recipiendo fuit promulgatum, annum scilicet *quadragesimum octavum*. Id enim, etsi *Constantienses* diu deprecati à se fuissent, tamen ubi à *Cæsare* proscripti, *Hispanos*, quorum antè crudelitatem senserant, mucrones suos in illorum cervices exacuere viderent: ne bis ad eundem: nolentes volentes receperunt. Quod cum non posset non improbare *Blaurerus*; patriam reliquit, actum *Bienna*, tum *Vituduri*, ac alibi ecclesiis sua operâ subservivit. Veram enim patriam ibi esse ratus est; ubi piè beneque vivere licet.

Cursum suum in his terris absolvit vitæ satur, anno Christi *millesimo, quingentesimo*,

sexagesimo septimo, ætatis suæ *septuagesimo quinto*: cum multis Ecclesiis opera ejus utilis, & charus ipse moderatis doctisque pluribus, de quibus *Melanchihon* & *Calvinus*, ob piam & eruditam doctrinam fuisset. Inter alia *ζητήματα θεολογικά* * movit aliquando *Calvino* *questionem*, de relapsis in peccata, quorundam conscientia confirmandæ causa, & quia exempla in sacris defint. Cui *Calvinus*: nullum quidem in scriptura singulare hujus rei reperiri exemplum, & exempla valere ad confirmationem doctrina, tamen si ea defint, non minus tuto in illâ acquiescendum. Iam autem scripturam omnibus penitentiam agentibus spem veniæ impetrandæ offerre: ut *Veteris* & *Novi Instrumenti* docent monumenta. Itaque nemini de gratia Dei desperandum, modo ne sibi quispiam indulgeat, aut veniæ spe petulantè peccet. Sed hæc fusius alibi.

Edidit epistolam exhortatoriam ad *Ecclesiam Constantiensem*: *Theaurum spiritualem, libellum consolatorium*, qua ratione Christianus homo se paret ad mortem, & quasvis ærumnas ferendas; *Concionem Bernæ habitam cum actis disputationis Bernensis*. Extat in eum tale Epigramma:

Blaurerum agnosci civem *Constantia* clara:

Qui Monachus primum, qui sacra deinde docet:

Illius *Ambrosium* pia vox spirabat odorem.

Vox Christi miseris ipse salutis odor.

Sleidanus sparsim in commentariis lib. 6. lib. 21. *Crusius* in annalibus *Suevicis*: *Calvinus* in epistolis, alii.

IOANNES SEBASTIAN PFAUSER.

Joannem Sebastianum Pfauserum *Constantia* ad lacum *Bodamicum* edidit, circa annum Christi *millesimum, quingentesimum, vicesimum*. Hic cum ingenio esset acri, ac politæ eruditionis cupido, vitæque integritate doctrinam ornaret; facile amorem ac benevolentiam apud viros pios & doctos est consecutus.

Maximiliano itaque Regi *Boëmiæ*, post *Cæsari Augusto*, commendatus; à sacris concionibus eidem Principi, veritatem Evangelicam amplexo, aliquantisper fuit. Sed cum & Principi ipsi, & pastori *Pfausero*, varia objicerentur in aula impedimenta, atque Evangelii remora: dimissus inde, *Laviniam*, superioris *Palatinatus* oppidum, venit: ubi ecclesiæ est antistes designatus. Factum id sub annum, *millesimum, quingentesimum, sexagesimum*.

Eo in loco cum ad annum usque *undeseptuagesimum*, constanter & fideliter docuisset, apoplectico paroxysmo correptus, ad vitam abiit meliorem, die sexto Junii, cum vixisset annis *undequinquaginta*.

Theolo-

Theologus fuit presentis magnitudinis animi & consilii: eloquentia præterea ac dignitate magna præditus, & planè vir bonus, omnibusque rebus ornatus.

Nicolaus Reusnerus J.C. defunctum hisce Phaleucis laudavit loco epitaphii:

Ioannes cubat hic Sebastianus
Pfauserus, placida sepultus urna:
Quo vix sanctior his, Deique vixit
In terris reverentior: piarum
Plenus pectore cogitationum,
Præco, Christe, tuus, tui professor
Invictus meriti, sacrique verbi.
Pro quo mille tulit volens labores,
Casus mille, simul minas potentum
Forti pectore tenuit, ac pericla,
Pro Christi decore & fide paratus
Pulcrum, si sit opus, necem pacisci.
Inculpata fuit, gravisque vita,
Virtus ardua, splendor eruditus,
Mores ingenui, fides probata,
Pectus mihi: cor altum, & os disertum,
Magno maximus hunc favore Casar
Complexus, sibi præsidem sacrorum
Legum, consiliariumque fidum.
Nunc ecclesia præsulam Lavinga
Tristi funere moeret interitum.

Pantaleon verò Candidus, antistes Ecclesiarum in Ducatu Bipontino, hoc eum epigrammate ornavit:

Casaris Augustas docuit Pfauserus ad aures.
Præco celebrandi dogmata sacra Dei?
Quantò major erat, quæ tu, Pfausere docebas
Sacra, aliis tantò tu quoque major eras,
Nunc, ubi Divini sparsisti semina verbi,
Custodit cineres clara Lavinga tuos.
Ex elogiis doctorum virorum, & epitaphiis
Pantal. Candidi.

VICTORINVS STRIGELIVS.

Anno Christi millesimo, quingentesimo, vicesimo quarto, nascitur Strigelius hic Kaufbira, oppido Imperiali Suevia, non procul à radicibus Alpium, die vigesimo sexto Decembris, qui Stephano protomartyri in fastis facer. Pater ei fuit Ivo Strigelius Memmingensis: qui à collegio Haidelbergensi titulo Magisterii ornatus, in Academia Ticinensi Doctor artis medicæ creatus, in Domino mortuus est anno millesimo quingentesimo, vicesimo septimo, ipso die Apostolorum Petri & Pauli. Cæterùm de schemate ejus Genethliaco, Melanchthon, ubi id considerasset, ita ex siderum positu ratiocinatus fuit; fore, ut artibus innumeris oppugnaretur, non aliter,

Quam lapis, æquoreis undique pulsus aquis.
Quam sive conjecturam sive prædictionem summi viri magno cum dolore deinceps expertus ipse est.

Patrem nondum infantia annos egressus, ut modò attigimus, medicum generosorum Dominorum de Fronsberg, immaturâ morte præreptum amisit. Postea, cum literarum rudi-

menta in schola patria celeriter percepisset, & jam tùm in eo appareret ingenium capax disciplinarum, & indoles eximia, de cognatorum quorundam voluntate Friburgum Brisgoia missus est, circa annum trigesimum octavum supra millesimum quingentesimum. Eo in loco religio quidem vigeat pontificia, sed aliarum tamen artium & linguarum studia, Erasmi imprimis Roterodami operâ, non infeliciter tunc erant instaurata.

Audivit ibi inter alios Philosophiæ Professores Ioannem Zinckium, Philosophum eâ aetate & medicum celeberrimum, enarrantem Aristotelis libros. Hic etsi quod ad religionem, superstitiosis pontificiorum opinionibus deditus, & à confessione ecclesiarum Evangelicarum alienus erat; tamen crebris has voces sermonibus usurpavit: Se, si junior adhuc esset, propter quatuor potissimum *κέρμῆλια* migraturum esse in Academias, in quibus Lutherani, ut ipse loquebatur, docerent. Primum propter studium linguarum, quæ ab istis excolerentur diligentius; quàm à suis Catholicis. Deinde quod exercitia eloquentiæ non solùm oratoria, verum etiàm poëtica, velut gemmæ inignes in scholis illis eminent. Præterea quod Lutherani historiarum cognitione præclare instructi essent; easque prudenter & aptè scriptis suis intexerent. Denique propter methodum facilem & expeditam, qua omnes artes summa cum dexterritate nostri ad usum accommodarent.

Ipse cerè Strigelius ingenuè fatetur, se, cum ex iis locis, tibi antea in Papatu vixerat, primum in Academias Saxonicas venisset, & Melanchthonem ex puero aliquo parvo audisset quærentem: quid est Deus? quid significat *δὸς* apud Ioannem? miratum à pueris audire, quæ in Papatu magnis doctoribus essent ignota.

His de causis sub annum millesimum, quingentesimum, quadragesimum secundum, ad Academias invisas incitatus, anno ætatis suæ decimo octavo, Wittembergam venit. Ubi cum simul doctrina de Deo rebusque divinis purior traderetur; divino quodam instinctu instigatus fuit ad ardens studium cognoscendæ doctrinæ integræ ecclesiarum evangelicarum. Itaque & D. Lutherum enarrantem tunc postremam Geneseos partem, & cæteros in Academia Wittembergensi Theologiae Professores, imprimis verò Melanchthonem & diligentissimè audivit, quoties ille sive in linguis atque artibus, sive in Theologia doceret, & ad ipsius imitationem totum se composuit.

Anno quadragesimo quarto Philosophiæ Magister renunciatus est Wittembergæ, habuitque inter triginta quatuor candidatos locum sextum, competitores autem præcipui fuere Sebastianus Theodoricus Winshemiuss, Professor Mathematicarum, post medicinæ Doctor, Iustus Jonas junior: Demetrius Palladius, Mattheus Blochinger, Michael Teuber: omnes postea vel in arte medica, vel in jure docendo dicendoque celebres viri.

Mittitur
Friburg.

Ioann.
Zinck.
Philos.
&
medicus.

Judicium
ejus de Lutheranis.

Vid. Strig.
part. 1. l. 1.
cor. p. 41.

Abit Wit.
tomb. Strigelius.

Audit
Luther.

Et Melanchth.

Quem
imitatur.
Magister
renunciatur
Philos.

Cum

Instituit
scholam
privatam.

Cum itaque aliquot annos in curriculo doctrinarum exegisset, & plures, volente Deo, exacturus esset, autore & suatore Melanchthone Wittembergæ scholas privatas instituit, in quibus magna sua cum laude & auditorum fructu ad usum transtulit ea, quæ ipse tum audiendo præceptores optimos, tum scripta ipsorum legendo eâ in Academia percipiebat indies. Sub id tempus, antequam bello Wittembergensis Academia dissiparetur, privato studio *Postillam* inchoavit, sive ut seipsum ita exerceret, & locorum communium instar, quæ in variis Melanchthonis commentariis extare videbat, colligeret, atque ad explicandos textus Evangeliorum Dominicalium accommodaret: sive ut quem cursum docendi tunc recens ingressus erat, cum hac etiam ratione juvaret & auditoribus suis prodesset.

Abit Mag-
deb. & Er-
phordiam.

Bello in Germania flagrante Wittembergam reliquit, ac primum *Magdeburgi*, post *Erfordiam* aliquantisper substitit, ubi quos in Academia Wittembergensi paulò ante bellam jussu Melanchthonis docere cæperat, adjunctos sibi habuit.

Erfordia itidem aliquot orationes scripsit ac publicè dixit, quæ tomo secundo orationum Strigelianarum continentur. Ac fuit tunc Strigelius non plures, quàm duos aut tres supra viginti annos natus.

Venit Ie-
nam.

Bello depugnato *Ienam* venit, anno *quadragesimo octavo*; ibique doctrinam de Deo, & aliis rebus bonis ac necessariis tradidit, habuitque orationes aliquot, quæ extant. Sequenti *undequingagesimo* uxorem duxit *Barbaram*, filiam viri præstantissimi *Francisci Burcardi*, qua cum vix biennio exacto, placidè è vita abiit, anno *quingagesimo secundo*, die *decima tertia* Julii. Joannes Strigelius defunctæ his elegis parentavit:

Epitaphi-
ejus.

Quem *Francisce* pater, quàm *Victorine* marite
Ereptum gemitu fletis uterque pari:
Barbara pacifico conformis reddita Christo
Vicit, & e mundi venit ad astra malis,
Namque diu duri stimulis exercita morbi
Sustinuit fortis tale virago jugum.
Et mentem placidam verbo illustrata potenti
Confessa æternum est ore fideque Deum.
Ergò velut dulci composita sopore quiescit,
Æternum expectans non moritur a decus.
Cede dolor, vitam, nunquam moriturus, ha-
bebit,
In Christo didicit qui dominante mori.

Transit ad
secundas
nuptias.

Alteram deinde conjugem sibi adscivit *Blandinam D. Erhardi Snepfi* filiam, anno *quingagesimo tertio*, supra *sesquimillesimum*, quacum advitæ usque exitum vixit.

Isenacensis
conventus
In eo Stri-
gel.

Secutus est anno *quingagesimo sexto* conventus *Isenacensis*, super controversia Majoris, de necessitate bonorum operum. In eo id negotii ipsi datum est adsentientibus Theologis, ut de septem propositionibus, continentibus summam ejus controversiæ, cum *Mentio* amanter & placidè, non ex scriptis humanis,

sed ex verbo Dei conferret. Finis colloquii istius hic fuit: ut *Menius* coram Principe *I. Friderico* Duce Saxonix, & toto conventu sanctè promiserit, se non discessurum à sententia illarum propositionum; quas cum verbo Dei convenire judicaret. Post formulam confessionis, quæ nihil aliud, quàm repetitio illius fuit colloquii; jussu Principis conscripsit: cui Theologi ad unum omnes lubentes subscripserunt.

Anno *quingagesimo septimo* litem *Strigelio* movit *Flacius*, de similitudine primum illa, qua in epistola quadam usus erat his penè verbis: *Quemadmodum medici dextro oculo ad naturam, sinistro ad artem respiciunt, ita nos in dijudicatione controversiæ de cœnâ non tantum simus aucupes verborum, sed multo magis referamus mentem ad totum doctrinæ Christianæ systema, seu ad ἀναλογίαν fidei.* Hanc similitudinem sic ille calumniando pervertit, ut scripserit: *Strigelium præcepisse, ne dextro oculo, sed sinistro verba cœnæ afficiant, & dextrè à Christo tradita sinistrè accipiant.* Secuta itaque eodem anno est *disputatio Vinarionensis* inter ipsum & *Flacium*, in qua duo fuerunt *κέρβευα*: Primum, *utrum in regeneratione, seu conversione hominis ad Deum, tantum mutantur qualitates sine creatione nova substantiæ: an vero cum qualitatibus creetur nova substantia?* Ad hoc dixit *Strigelius* id, quod *Augustinus* * dicit: Arbitrium voluntatis tunc est liberum, cum vitiis & peccatis non servit, tale datum est à Deo, quod amissum proprio vitio, nisi à quo dari potuit, reddi non potest. Detrahitur autem malum non aliqua natura, quæ accesserat, vel ulla ejus parte sublata; sed eâ, quæ vitiata ac depravata fuerat, sanata atque correctâ. Prosper sanè & Tertullianus, & * omnes alii, non mutari substantiam, priùs à Deo conditam, sed mutari qualitates in mente, voluntate & corde, & reliquis viribus. Adversarius verò contrariam adseverationem defendit. Alterum *κέρβευον* fuit, de modo agendi; vel, ut alii loquuntur, de capacitate, vel ut alii, de aptitudine. *Strigelius* retinuit formam loquendi, quam acceperat à præceptore *Melanchthone*, alium esse agendi modum in homine, alium in elementis & mixtis, quæ agunt naturaliter. Liberum tamen reliquit suum cuivis loquendi modum; modò id fiat, citra condemnationem alterius. Edita est illa *disputatio typis*: sed, quod *Strigelius* fuit * conquestus, non ea cum fide & candore, quo oportebat. De eadem mutilatione conqueritur in epistola quadam ad *Wolfgangum à Kotterix*, Principis Palatini consiliarium, quam adjicere hic emblematis loco placeat.

De meis rebus quid multa attinet scribere, cum non solum in veteri lito adhuc baream, sed etiam ad reliquas molestias accedat truncata & mutilata editio *disputatio* nis inter me & hominem barbarum agram, & aliorum scriptorum: quibus fama

Excit
colleg

mea
meos
mat
ipsa
extr
fida
viri
vix
conc
ma
in
clyp
scilic
&
aut
qua
sect
ferr
nia
at
pie
ris
diss
qu
ma
con
est
im
pli
ner
igi
De
ver
ul
re
tri
seq
pi
se
do
P
T
qu
Et
de
ar
no
m
u
li
ca
cu
n
5
to
ra
cu
g
a
il
co
V
e

Certa
cum
cio.
Simila
Strig

Disput
Vinarion
sic
Isgua
1. de
verbo
homin

* Lib.
C. D.
Strig
sentent
ex Aug

* Qu
part.
Loco
comm
de S.
citat.
2. De
do ag
Melan
de m
sentit

* Part
locor
mna
& u
Epist
gela
Wolfg
à Kotter

* Part
locor
mna
& u
Epist
gela
Wolfg
à Kotter

* Part
locor
mna
& u
Epist
gela
Wolfg
à Kotter

mea

mea atrocissimè, apud eos, qui vitam & mores meos non penitus perspexerunt, leditur ac deformatur. Nam inter reliquas criminationes ipsa morte acerbiore tribuitur mihi impia & extrema levitas, vanitas, inconstantia, perfidia in negotio religionis, & pertinax odium veritatis. Ad has convicia, quorum molem vix una navis vehat, accedit fulmen injuste condemnationis, quam Paulus vocat Anathema Maranatha. Etsi autem scio injustè hæc in me conferri, & his venenatis telis oppono clypeum, non Ajacis, sed multo firmiorem, scilicet bonam conscientiam, quæ coram DEO & hominibus testatur, me nunquam delevisse aut astutè corrupisse aliquam partem doctrinæ, quæ est ecclesiæ DEI propria, eamque ab aliis sceleris damnatis discernit: tamen non sum adeo ferreus, ut non commovear indignitate calumniarum, quæ etiam sapientum corda sauciant, ut Salomon inquit: Calumnia conturbat sapientem, & frangit robur cordis ejus. Multis etiam meum silentium, quo has calumnias dissimulare cogor, suspectum est, perinde quasi mihi honesta oratio desit ad has labe & maculas detergendas. Sed boni viri, quibus conditio mea, tristis sane & luctuosa, notior est, non ignorant, quibus vinculis constructus impediatur, quo minus vel causam ipsam explicare, vel innocentiam meam à moribus venenatissimis hominum vindicare possim. Quid igitur mihi reliquum est, nisi ut oculos ad Deum justissimum judicem & vindicem convertam & cum Davide exclamem: Dominus ultionum, Dominus Deus ultionum appare: Exaltare qui judicas terram: redde retributionem superbis, & quæ in eodem Psalmo sequuntur. Non enim verbis tantum & scriptis contra tales hypocritas pugnandum est: sed multo magis pia & assidua precatione, ut docet Reverendus pater Lutherus enarrans Psalmum CL. Hæc gemens in sinum Ex: Tua effundo, nec dubito, quin hanc meam querelam à justissima causa ortam & profectam, pro sua erga me benevolentia, candide acceptura sit. Jena. Dominica Cantate, anno Christi 1562. Anno quinquagesimo nono nocte sequenti diem vicesimum septimum Martii, in captivitatem abductus est unà cum Aquila, pastore Ecclesiæ Jenensis, & M. Andrea Hugelio sene. Hujus carceris stigmata postmodum semper circumtulit Strigelius. Causa autem fuit, quod non probarent quædam βλακώδη καὶ ἄλογα σκωπία, seu quod libro, quem contra Wittembergenses, Vinarienses recens ediderant, assentiri recusarent. Eo in carcere cum morbo correptus fuisset Strigelius: ægrotantem reduci quidem Princeps passus est ad conjugem: sed ita ut tanquam captivus ibi esset. Deprecati pro ipso fuerunt, illustrissimi Principes Palatini, Christophorus Dux Würtembergicus, Philippus, Hassiæ Landgravius, ipse denique Maximilianus Imperator: qui tandem sua auctoritate hoc ef-

fecit: ut ex custodia in suam domunculam translatus amicorum officiis recrearetur.

Annos tres & aliquot septimanis inclusus fuit λάρνακι, ut ipse loquitur. Postea liber factus anno sexagesimo secundo mente Majo, quatuor mensibus fecit operas scholasticas: sed cum metueret mercedem angustiam, non obscurè ostensam: obtemperavit præcepto Epicharmi, quo Cicero ait contineri nervos atque artus sapientiæ: & Jenâ discessit ab iis, inter quos line periculo conscientiæ, famæ & vitæ diutius versari non poterat. Causas enim istas sui discessus verbosè exponit ipse in epistola ad D. Franciscum, Crammum, Electoris Saxonie Consiliarium. Duæ autem fuerunt præcipuæ: Una quod non bonâ fide custoditi essent fines concordie utcunque factæ tectæ, opera Theologorum Jenensium. Altera quod omnes fide digni ipsi monitores fuissent: ut diligentiam cautionis adhiberet in vitandis insidiis, vel potius manifestâ vi; quæ in eum noctes & dies impenderet. Nec verò sine causa timuit: cum & sapiens moneret: Inimico tuo ne credas in æternum, & te procul ab eo segregare: & qui amat periculum, in eo peribit, & à Menandro verè dictum: Reconciliationes sunt lupina amicitia.

Academia Jenensis ubi consilium Strigelii intellexit: datis ad eum literis amicissimè & valdè παθητικῶς scriptis, revocare eum & dimovere à proposito emanendi, conata est: rogavitque per Deum, ut vel recordationi acceptæ injuriæ vel periculorum metui tantum ne indulgeret: ut Academiam nascentem propterea dilabi ac pessumdari patiatur. Iis Strigelius ita respondit: ut primum gratias egerit pro judicio gravissimorum virorum de se tam honorifico: deinde quod ad reditum in Academiam, quam invitus reliquisset, scribit, se collectis omnibus incommodis, quæ propter suum discessum evenire posse videantur, gravioribus tamen causis impelli: ut aliud hospitium quærat; in quo, Deo juvante, majore cum tranquillitate, & minore periculo mellificium Deo gratum exercere possit. Si qua igitur hæreat culpa in suo discessu: jam non tam suæ voluntati, quam incommodis temporum & locorum, & insidiis falsorum fratrum tribuendum. Paucis ut dicamus, summa propositi ipsius hæc fuit; nolle se redire Jenam: sed potius utrumque quocumque Deus vocarit, etiamsi in ea loca migrandum esset:

— pigris ubi nulla campis
Arbor æstiva recreatur anru:
Quod latus mundi nebula, malusque
Jupiter urget.

Lipsiam ergo se contulit, ibique per hincem anni sexagesimi secundi & partem anni sequentis hærens, quicquid fuit oculi contulit

Docet iterum Iena.

Discedit Iena.

Causa discessus.

Reconciliationes quid.

Revocatur ab Acad. Jenensi.

Responsio Strigelii.

Hor. l. 1. od. 22.

Lipsiam secedit.

Hypomnemata ibi elaborat. Cur ita appellavit.

ad editionem τῶν ὑπομνημάτων in totum Davidis Psalterium. Eo autem titulo illud scriptum insignivit: ut arrogantiam adversariorum suorum notaret: qui suas chartas monachatum olentes σωτηριατῶ nominarent; cum tamen nihil minus haberent; quam bonam χάριτιν. Lipsiæ itaque dum vocationem aliam expectat, & quid sibi porro faciendum deliberat: anno *sexagesimo tertio*, die *vicefimo quinto* Februarii, Pauli conversioni in fastis sacro, *Torgam* evocato literis *Augusti* per *Ulricum Mordisium* Jctum, optio datur manendi in alterutra Academia vel *Lipsensi*, vel *Wittembergensi*. Strigelius Lipsiam elegit. Etsi enim Academia Wittembergensis eum amanter ad societatem laborum invitaret: tamen considerata ratione valetudinis suæ, & eximia benevolentia senatus atque Academiae Lipsicæ, maluit ibi subsistere, quam aliud hospitium querere.

Constitutus Lipsiæ Professor.

Initium lectionum in scholâ Lipsensi fecit anno *sexagesimo tertio* calendis Martiis, nec solum *Theologica*, sed etiam *Ethica* & *Dialectica* studiosæ juventuti proposuit: quia volebat Princeps Elector ipsum eum cursum urgere: quem eo usque non sine fructu tenuisse videretur. Itaque operas scholasticas suo loco fecit in repetitione, *locorum Theologicorum* & *Philosophiæ moralis*, idque non tantum docendo, sed etiam disputando. Eodem anno edidit *Arithmetica*; cujus elementa, ut & de figuris & motibus cœlestibus ipsi tradiderat *Nicolaus Backmeisterus Reinholdi* auditor; qui obiit Jenæ anno *quinquagesimo primo* supra *millesimum quingentesimum*, & edidit istum libellum non ad ostentandam scientiolam doctrinæ numerorum; sed ad declarandam pietatem præceptori optimè merito debitam.

Arithmeticae editi, Nicolaus Backmeister.

Cæterum cum docendo officium fecisset ad anni usque *sexagesimi sexti* exitum: sequenti anno, cum ad locum usque de *Cæna Domini* explicationem locorum Theologicorum deduxisset: mense *Februario* rectoris Academiae jussu & * Theologi instinctu cujusdam, lectionem habituro clausum est auditorium in collegio *Petrino*, & continuatione lectionum interdictum. Varia ab hac exclusionem fuerunt agitata inter ipsum Strigelium, & partem adversam; ac delecti quidam ad colloquium ipsum invitarunt, in quo persuadere ipsi conati sunt, facietis fabricis: ut dissimulatâ injuriâ, rediret in collegium ad operas scholasticas: nec ullam deinceps doctrinam de cæna mentionem faceret. Id enim ad pacem publicam, & ad ipsius Strigelii tranquillitatem tutissimum fore. Verum Strigelius respondit: *si sibi tantum ut privato injuria illata esset, lubenter se illam, ut alias multas, publica tranquillitati condonaturum: sed quia confessio sua illo interdicto Rectoris vel labefactetur, vel saltem non parum deformetur; expectaturum se illustrissimi Electoris sententiam; cui se & causam suam subiecisset. Nolle se autem in scholam redire, nisi*

* Professori. Interdictum ei lectio publicæ. Actio inde eum Strigelio.

prius in integrum sui restitutus, idq; impetratâ liberâ veritatis confessione: quam omnibus rebus humanis anteponat.

Confessio veritatis libera.

Posteâ cum videret, se deinceps auditoribus liberè inservire non posse: & non satis benignum ab Electore responsum accepisset: cessit impotentia Theologorum: & ab electore quidem eâ de causâ dimissus: quod violasset promissa, ac certamina movisset non necessaria. Strigelio contra affirmante se modestiam quidem promississe; sed duabus adjectis conditionibus, *salva veritate, & salva conscientia*. Lipsiâ itaque relicta die *vicefimo quinto* Februarii, *Ambergam*, in superiorem Palatinatum die secundo Martii venit, certè persuasus Electorem Palatinum illius ætatis *Josiam* patrocinium suæ personæ suscepturum: ac fore ut in amicorum, ejusdem confessionis lociorum, benevolentia & colloquiis suaviter acquiescat. Causas autem, propter quas ex Lipsensi urbe discessit, has alibi adfert: Princeps causâ fuit injuria, quâ non tam illum, quàm veritatem Rector & Theologi affecerunt, claudendo auditorium, & interdicendo ipsi mentionem veræ doctrinæ, quam professus esset, quæque ipsa vita ei charior. Altera, quod in tota Academia nemo inventus fuit: qui oppresso & non digna ferenti, aliquid opis aut consilii communicasset. Ultima, quod non benignum, sed etiam minax responsum accepisset, non quidem ab ipso Electore, sed ab eo qui Principi à secretis, cujus summa hæc fuit: moras esse absente Principe disputationi non necessarias, contra admonitionem à consiliariis propositam: & quidem cum periculo novarum distractionum. Ad hæc omnia accesserunt *mina Theologorum, & fulmina anathematum* adversus ipsum, in concionibus edita: quæ omnino negligere præsertim illo loco & tempore, parum cordati videbatur. Et meminerat probè Strigelius, quid post magnificas & amplas promissiones aulae in Thuringia contigisset. Itaque accidit ei, quod Ovidius ait:

Dimissus Lipsiæ.

Ambergam venit.

Qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca tibi era sabsesse putat.
Terretur minimo penna stridore columba,
Unguibus, accipiter, saucia facta tuis.
Non procul à siabulis audet discedere, si
qua
Excussa est avidi dentibus agna lupi.

Ambergæ ergo paucis mensibus, quibus *Theodoretii dialogos* convertit in ocio, commoratus; honorifica vocatione accersitus est in Academiam *Haidelbergensem*, stipendio proposito & à Principe & ab Academia honesto. Venit ergo *Haidelbergam* anno *sexagesimo septimo*, ibique *Ethices* professionem obiit, cum aliis officiis. Sed statim, imò pramaturè expertus est illud, quod Oceanus poetarum & sapientiæ reliquit:

Vocatus Haidelbergam.

Homero Odyss.

Aspera

*Aspere mortales facit & fortuna seniles,
Inque malis subito, tacitisq; senescimus annis:
Inque senes curvos dura sub sorte malorum
Mortales abeunt: festinat clade senectus.*

Nam custodia illa Jenensi valetudinem suam plurimum debilitatam esse: & ipse conquestus fuit, & exitus tandem ostendit. Sic enim ipse quadam epistola: *Cum ante annos decem & corpore & animo vigerem: nunc tot calamitatibus tum victus tum fractus, vix agra membra traho, & animi alacritatem senescere comperio. Quare me omni cura & cogitatione preparo ad iter; quod ducit ex hujus vita miseris ad eternam tranquillitatem.* Hæc ipse tribus mensibus ante obitum. Postquam liberali cum voluptate & animi jucunda latitia ad finem produxerat Haidelbergæ labores tres: quorum primus isque præcipuus & auctori gratissimus, divinum sacrorum Bibliorum opus ἱερογινῶσιον illustratum: alter, conversio & enarratio Ethicorum Nicomachicorum Aristotelis; tertius Chronicon à condito mundo ad natum usque Christum: manum quidem admovit duobus aliis laboribus, enarrationi Politicorum & Oeconomicorum Aristotelis: deinde Corpori doctrinæ; in quo explicaturus erat integram & veram doctrinam de controversiis illorum temporum. Sed hæc & alia cum auctoris vita sunt abrupta.

Anno enim sexagesimo nono, die vicesimo Junii, ad auditorium iturus prælegendi causa, doloribus circa Ophthalmas subortis, coactus domum redire, in syncopem incidit. Ex ea recreatus, cum præter difficultatem respirandi nihil sentiret morbi, sequenti die ad pristinam docendi consuetudinem rediit, habuitque postremam lectionem. Post de consilio medici pharmacis usus, manifestè sensit vires valde prostratas. Itaque sperare se dixit: *sinem vitam suam adesse; seque placido exitu ex miseris & fraude mundi, ad eternam DEI & beatorum consuetudinem evocatum iri.* Sexto & vicesimo die usus phlebotomia, à prandio iterum animo deficere incepit; relictus & ad se reversus, dixit: *se non procul à morte abesse;* atque mox anima Christo Servatori commendata, inter sacras consolationum sententias, interque manus sublevantium, ante horam quartam placidissimè expiravit: cum vixisset annos quadraginta quatuor, menses sex præcisè, docuisset Ecclesias scriptis & viva voce, inter mirandos fortunæ casus, annos amplius viginti tres. Ita confectus est, quod sæpe in votis habuit, videlicet ne difficili & producto morbi genere spiritum edere cogeretur, subinde militanter, quod fortem Christi tribunal decuit, suâ linguâ inclamans: *Ach HERR beschere mir einen Reuterischen Todt.* Funas ei factum est honorificum die sequenti vicesimo septimo Junii; humatumque corpus ejus in sacello Academiæ ad divi Petri: ubi lapidi incisum sepulchrali tale monumentum legitur:

HIC QUIESCIT CORPUS CLARISS. ET DOCTISSIMI VIRI, DE ECCLESIA ET LITERIS PRÆCLARE MERITI D. VICTORINI STRIGELII KAUFBEIRENSIS, PIE DEFUNCTI D. 26. JUNII, ANNO CHRISTI M D LXIX.

Psalm. 17. Ego in justitia videbo faciem tuam, satiabor, cum evigilavero ad similitudinem tuam.

Obitum viri & Theologi præstantissimi deslerunt Epitaphiis carminibus amici & viti docti Matthæus Wesenbecius, Lambertus Puthopæus, Joannes Jacobus Boisardus, Jacobus & Petrus Monavii, & alii: quæ edita typis existant. Nobis hoc Pauli Melissi subjicere visum est:

Paulus Schedius Melissus in Victorinum Strigelium.

*Hæc monumenta sacra tibi, Victorine, Melissus,
Mutuus alterna cultor amicitia,
Cui tua mors tanto magis (eheu!) venit amara,*

*Cui tua mors tanto venit acerba magis:
Quanto nelectæ dulcedine fantis ab ore
Suavius, & fluxit dulcius eloquium.
Quale equidem cupidis ego puriter auribus
olim,*

*(Lipsia novit, idem novit Iena) bibi.
Lotichii manes inter cineresque Micylli,
Ad vada Neccarica nunc tumulatus aqua:
Cecropios & adhuc lingua stillante liquores
Illyrica damnas facis amaritiam.*

In eundem stando morte correptum.

*Qui jacet hic, constans ut Victorinus in
omni
Re fuit, & victor proprietate sui,
Sic mihi victorem stantemque in agone supremo
Dejectum aut victum mors dare non potuit.*

Fuit Strigelius hic Theologus ac Philosophus excellens & facundus, ad docendam feliciter juventutem à natura ipsa sculptus factusve: & præcipuus ex triumviris illis, qui Academiæ Jenensis ad Salam fundamenta, auspiciis juniorum Saxoniarum ducum, jecerunt: dignus Socratis laude, cujus meminit hinc Xenophon: *μόνον δὲ φάσκον αὐτὸν, ἀξίως εἶναι τιμῆς, τὸς εἰδὸτες τὰ δόγματα, καὶ ἐπιλωπύσσαι δυνάμεις:* hoc est, solos eos dignos honore judicabat, qui ea quæ oportet sciunt, & rectè eadem oratione explicare possunt. Senecæ enim consilium secutus, certis ingeniis sibi immorandum rectè judicavit: & Melanchthoniana doctrinæ copia, sermonis sinceritate, proprietate, perspicuitate, & facilitate delectatus: sic eum imitari studuit, ut tandem diligentia & exercitatione adidua id obtineret: Melanchthonem ut felicissimè in docendo & scribendo repræsentaret. A Fla-

Melissi in eum Epigramma.

Elogium ejusmodi.

Socratis laus apud Xenophontem.

Felix imitator Melanchthonis Strigelius.

*A Flacio
accusatus.*

cio Illyrico, & ejus manipularibus, obiectum ei est crimen hereseos: quod gravissime tulit: nominatim accusatus est, quod non recte sentiret & doceret de ea parte doctrina; qua appellatur: de libero arbitrio. Ab aliis vero aliorum infimulatus est errorum: ut vita ejus perpetua fuerit pugna & dimicatio. Itaque ut *Melanchthon* ante mortem dixit: *cupio ex hac vita migrare propter duas causas: primum ut fruor desiderato conspectu Filii DEI & celestis ecclesie: deinde ut liberer ab immanibus & implacabilibus odiis Theologorum:* ita ipse easdem causas sæpe inter precandum usurpare solitus fuit, cum videret se hoc fato natum: ut omnibus eorum telis, qui essent arguti cives sine virtute, vita & fama sua proposita esset.

Scripta.

Elucubravit in usum piæ posteritatis & scholasticæ juventutis varia: quæ verè sunt & erunt ingenii & judicii ejus monumenta; quorum quædam *Philologica* sunt, quædam *Theologica*. Illis adscribimus *commentarios in varias Philosophiæ partes, Dialecticam, Ethicam & alias: orationum & epistolarum libros; Arithmeticum libellum,* qui non modo usitata præcepta continet; sed etiam demonstrationes præceptorum & alia: his verò

Theologia

in *Locos communes Theologicos commentarios: Hypomnemata in utriusque Testamenti libros:* quæ paulo ante obitum absolvit: & quo sine concrisperit, hisce epistola quadam ad *D. Matheum Wesembecium* affinem & intimum suum exponit: *Ego certe, inquit, editione talium pagellarum nec nominis mei vanam gloriolam quero, nec aucupium pecunie exerceo, sed cupio DEO declarare meam gratitudinem pro maximis beneficiis, & Ecclesie ostendere meam confessionem, demique medicribus ingenii aliqua ex parte prodesse. Horum finium cum mihi optime sim conscius, non metuo quorundam insulas aut venenatas reprehensiones; sed me & meos labores Filio Dei commendo. Scio meum vita curriculum & breve & exiguum esse. Quare in hac brevitate peregrinationis ea dicam, scribam & faciam, que migrationem in vitam aternam non impediunt.* Hactenus ipse *Strigelius*, reliqua ejus opera in Bibliothecis videantur. *Tota autem hæc narratio contexta est ex schedis & scriptis ipsius Strigelii; ex Papiniano Matthæi Wesembecii, & aliis.*

1569.
d. 10. Decemb.

* d. 8. Nov.
h. i. p. med.
noct.
Parentes.

PAULUS EBERUS.

Kitinga pervetusto Franconia oppido natus est *Paulus Eberus*, anno Christi millesimo quingentesimo undecimo, VI. * Idus Novembris. Parentes ei fuerunt probi ac honesti: qui ita vixerunt re suâ familiari contenti, ut odia declinarent, & sine invidiâ amicos pararent. Patri quidem nomen fuit *Joanni Ebero*; matri verò *Maragaretha Pfleumia*: qui ambo honestis in Franconiâ familiis prognati.

Et si autem puerilijs ejus atas in barbaricam

fædam ac monachorum putidissimas nugas incidit: tamen ingenii sui præstantia & nobilitate, impedimenta, quæ temporum iniquitas objecit, facillè omnia superavit. Nam tanta ingenii vi fuit præditus: ut quæ proponerentur à magistris minimo negotio comprehenderet universa, quæ comprehendisset, ea & probè meminisset, & interrogatus redderet promptissimè. Quâ de causâ, cum domi ab ipso incuntis ætatis primordio honestè pieque esset à parentibus educatus, & prima illa puerilium exercitationum rudimenta mediocriter percepisset: in aliam scholam eum ablegandum censuerunt.

Ipse igitur pater, vir prudens & honestus: cum paulum jam roboris accessisset ætati; *Onoltzbachium*, quod octo circiter miliaria *Kitinga* distat, opulentum hoc tempore, & aulâ Marchionis celebre oppidum, filium abducit, anno, supra millesimum quingentesimum tertio & vigesimo. Quo ipso anno etiam matrem suam *Margaretam*, præmaturâ morte, amisit, natus annos non amplius duodecim.

Onoltzbachii ergò in disciplinam traditus ejus scholæ magistris, & diligentia in discendo & morum honestate, eam jam tum de se concitavit expectationem; ut omnes, qui aliquid de ingenii possent judicare, virum præstantissimum futurum augurati sint. Sed vix annum ibi exegerat: cum fortuna hanc ipsi felicitatem invidere visa est. Nam in morbum incidit, & morbi occasione tum corporis decus ac staturam, tum robur omne amisit, in ipso incuntis adolescentiæ flore.

Erat *Onoltzbachii* quidam *Paulus Rothalerus*, civis honestus, & *Eberi* hospes. Hic considerato morbo pueri, patri per literas significat, filium adversa laborantem valetudine domum ut recipiat. Hoc nuntio allato, jubente ita patre, venit *Onoltzbachium Joannes* filiorum *Eberi* natu maximus, fratris domum reducendi gratia. Qui etsi justus erat, rhedam conducere: tamen cum animadverteret non adèdè magnum esse in morbo periculum, pedestri itinere unâ cum fratre se committit; sed fato infelicissimo. Progressi enim ad quatuor miliaria, incidunt in sanium, equo vehementem quatuor agnos; quem cum nosset *Joannes* orat; ut fratri suo, qui ex lassitudine progredi amplius non posset, equum liceat conscendere. Assentitur lanus; puer lætus in equum insilit; itineris partem aliquam provehitur, lanus & frater subsequuntur. Sed nescio quo casu equus tandem oneris impatiens, seilicet excutit, & quia peronibus forte indutus erat *Eberus*, qui non ita facile è staculis expediri possent, per quartam ferè milliaris partem ab equo consternato incitatissimeque currente, miserè raptatur. Tandem delabente calceo (nam dextri pedis duntaxat stapede implicatus hærebat) ipse quoque decidit. Frater *Ebero* Comes datus irana Patris veritus, domi rem omnem censet occultandam, & quia non nisi